deſeri a quibuſdam miretur aliquis: quando ipſum dominum magnalia & mirabilia ſumma facientem: & uirtutes dei patris factorum ſuorum teſti monio comprobantem: diſcipuli dei reliquerint: & tamen ille nō increpuit recedentes: aut grauiter cominatus eſt: ſed magis cōuerſus ad apoſtolos ſu os dixit. Nunquid & uos uultis ire? Seruans ſcilicet legem qua homo liber tati ſuæ relictus: & in arbitrio proprio conſtitutus ſibimetipſi uel mortem appetit: uel ſalutem. Petrus tamen: ſuper quem edificata ab eodem domi/ no fuerat eccleſia: unus p omnibus loquens & eccleſiæ uoce reſpondēs ait. Domine ad quem ibimus? uerba uitæ eternæ habes: & nos credimus & co/ gnouimus quoniā tu es filius dei uiui. Significās ſcilicet & oſtendens eos: qui a Chriſto receſſerint: culpa ſua perire: eccleſiam tamen qui in Chriſtum credat: & quæ ſemel id qđ cognouerit teneat: nunq̄ ab eo diſcedere: & eos eſſe eccleſiam: qui in domo dei permanet. Plantationem uero plantatam a deo patre non eſſe quoq; uidimus: non frumenti ſtabilitate ſolidari: ſed tā q̄ paleas diſſipantis inimici ſpiritu uentilari: de quibus & Ioannes in epi/ ſtola ſua dicit. Ex nobis exierunt: ſed non fuerunt ex nobis. Si enim fuiſſēt ex nobis: manſiſſent utiq; nobiſcū. Item Paulus monet nos: cum mali de ec cleſia pereunt non moueri: nec recedentibus perfidis fidem minui. Q uid enim inquit Si exciderunt a fide quidam eor: nunqd infidelitas illorum fi dem dei euacuauit? Abſit. Eſt enim deus uerax: omnis autē homo mēdax. Q uod ad nos attinet: conſciētiæ noſtræ cōuenit frater cariſſime dare ope ram ne quis culpa noſtra de eccleſia pereat. Si autem quis ultro & crimine ſuo perierit: & pœnitentiā agere atq; ad eccleſiam redire noluerit: nos ī die iudicii inculpatos futuros qui conſulimus ſanitati: illos ſolos ī pœnis remā ſuros: qui noluerint conſilii noſtri ſalubritate ſanari: Nec mouere nos de/ bent conuitia perditorum: quominus a uia recta & a certa regula non rece damus: quando & Apoſtolus inſtruat dicēs. Si hominibus placerem: Chri ſti ſeruus non eſſē. Intereſt utrū quis homines promereri an deū cupiat. Si hominibus placeā: dominus offēdit. Si uero illud enitimur & laboramus: ut poſſimus deo placere: & conuitia & maledicta debemus humana contē nere. Q uod autem tibi de fortunato iſto Pſeudoepiſcopo: a paucis & in/ ueteratis hæreticis conſtituto: non ſtatim ſcripſi frater kariſſime: non ea res erat: quæ in noticiam tuam deberet feſtinato ſtatim: quaſi magna aut metuenda: perferri: maxime quando & Fortunati nomen iam ſatis noſſes: qui eſt unus de quinque Preſbyteris iam pridem de eccleſia profugis: & ſententia Coepiſcoporum noſtrorum multorum & grauiſſimorum uiro/ rum nuper abſtentis: qui ſuper hac re priore anno ad te litteras fece/ runt. Item feliciſcimum ſigniferum ſeditionis recognoſceres: qui & ipſe

in iisdem Coepiscoporum nostrorum factis ad te pridem litteris continet: Qui non tantum ab iis istic abstentus: sed abs te illic nuper de ecclesia pulsus est. Cū hæc innoticia tua esse confidere: & p certo habere memoriæ & disciplinæ tue scirē necessariū: non putaui celeriter & urgenter hæreticorū tibi ineptias nuntiādas. Neq; enim ad Catholicæ ecclesiæ magestatē pariter ac dignitatem ptinere debet: qd apud se hæreticoꝝ & scismaticoꝝ moliatur audacia: Nā & pars nouatiani Maximū Presbiterum nuper ad nos a nouatiano legatū missum: atq; a nostra cōmunicatione reiectum: nunc istic Pseudoepiscopū sibi feciſce dicit. Nec tamen de hoc tibi scripserā: quādo hæc omnia contēnant a nobis: & miserim tibi ꝓxime nomina Episcoporū istic constitutoꝝ: q integri æ sani in ecclesia Catholica fratribus præsunt. Quod utiq; ideo de omniū nostroꝝ consilio tibi placuit scribere: ut erroris diluendi ac pspiciende ueritatis compendium fieret: ut scires tu & collegæ nostri quibus scribere: & litteras mutuo a quibus uos accipere oportet: Si quis autē præter hos: quos epistola nostra cōplexi sumus: scribere uobis auderet: sciretis eū uel sacrificio uel libello esse maculatū: Vel unum de hæreticis peruersū scilicet & ꝓphanum. Nactus tamē occasionē familiarissimi hominis & clerici: sed & p Felicianum Acolythum: quem cum Perseo Collega nostro miseras: inter cætera quæ in noticiam tuam perferenda hinc fuerāt: etiam de Fortunato isto tibi scripsi. Sed dum istic Felicianus frater noster uel uento retardat: uel accipiendis aliis epistolis a nobis detinet: felicissimo ad uos ꝓperante præuentus est. Ita enim scelera festināt: quasi cōtra innocentiā festinatione præualeant. Per Felicianum autem significaui tibi frater uenisse karthaginē Priuatū ueterem hæreticum in Lambesitana colonia: ante multos fere annos ob multa & grauia delicta: nonaginta Episcoporum sententia cōdemnatum: antecessorū etiam nostroꝝ (quod & uestram conscientiā nō latet) Fabiani & donati litteris seueriſſime notatum: qui cum causam suam apud nos in consilio: quod habuimus Idibus Maiis: quæ proxime fuerūt: uelle se agere diceret: nec admissus esset: fortunatum istum Pseudoepiscopum dignum collegio suo fecit. Venerat etiam cum illo & Felix quidam: quem ipse extra ecclesiam in hæresi Pseudoepiscopum olim constituerat. Sed & iouinus & Maximus comites cū probatio hæretico affuerunt: ob nefanda sacrificia & crimina in se probata: sententia nouē Collegarum nostrorum condemnati: & iterato quoq; a pluribus nobis anno priore i cōsilio abstenti. Cū his aūt quattuor iunctus est & repositus Suturnicēsis: q non tantū in pſecutione ipse cæcidit: sed & maximā partē plebis suæ saerilega pſuasiōe deiecit. Hic qnq; cū paucis uel sacrificātibus uel male sibi cōsciis: fortunatū sibi pseudoepiscopū coaptauerit: ut criminibus

in unum conuenientibus: talis esset scilicet rector: quales illi qui reguntur. Hinc iam & cætera mendacia frater karissime potes noscere: quæ illic homines desperati & pditi uētilauerunt: ut cū de sacrificatis uel hæreticis amplius q̄ quinq; Pseudoepiscopi nō fuerint: q̄ Carthaginē uenerunt: & Fortunatū sibi demētiæ suæ socio cōstituerit: Illi tamē quasi filii diaboli & mēdatio pleni: ausi sūt (ut scribis) iactare uiginti quinq; Episcopos affuisse: quod mendatiū & istic prius apud fratres nostros iactitabāt: dicētes uiginti quinq; Episcopos de Numidia esse uenturos: q̄ sibi Episcopum facerēt. quo in mēdatio suo postea q̄ quinq; solis cōuenientibus naufragiis: & a nobis abstentibus detecti sūt: atq; cōfusi: romā cum mendacinrū suorū merce nauigauerūt: quasi ueritas post eos nauigare non posse: quæ mendaces linguas rei certæ probatione conuinceret. Atq; hæc est frater uere dementia: non cogitare nec scire: q; mendacia non diu fallant: noctē tā diu esse: q̄diu illucescat dies: clarificato autē die & sol oborto: luci tenebras & caliginem cædere: & quæ grassabant̄ p noctem latrocinia cessare. Deniq; si nomina ab eis quereres: nō haberent uel quos falso nominarēt: tāta apud illos etiā malorū pœnuria est: ut ad eos nec de sacrificatis: nec de hæreticis uiginti qnq; colligi possint. Et tamen ad decipiendas aures simpliciū & absentiū: mendacio numerus inflat̄: quasi & si uerus esset hic numerus: aut ab hæreticis ecclesia: aut in iustis iusticia uincat̄. Nec me oportet frater karissime paria nunc cū illis facere: & ea quæ cōmisserunt atq; hucusq; cōmittūt meo sermone decurrere: cū cōsiderandū sit nobis q̄d proferre & scribere Sacerdotes dei oporteat: nec tā dolor apud nos debeat: q̄ pudor loq;: & ne uidear puocatus maledicta potius q̄ crimina & peccata congerere. Taceo itaq; de fraudibus ecclesiæ factis. Cōiurationes & adulteria & uaria delictorum genera prætereo. Vnum illud: in quo nō mea nec hominū: sed dei causa ē: de eoꝝ facinore non puto esse reticendū: quod a primo statim persecutōis die: cū recentia delinquentiū facinora feruerent: & sacrificiis nefandis nō tātum diaboli altaria: sed adhuc manus ipse lapsorum atq; ora sumerent: communicare cum lapsis & penitentiæ agendæ intercedere nō destiterūt. Clamat deus. Sacrificans diis eradicabitur nisi domino soli. Et dominus i euangelio dicit. Qui me negauerit: & ego eū negabo. & alio loco indignatio & ira diuina non tacet dicens. Illis fudistis libamina: & illis imposuistis sacrificia. Super hæc non indignabor dicit dominus? & intercedunt ne rogetur deus: qui indignari se ipse testatur. Intercedunt ne exoretur precibus & satisfactionibus Christus: qui negantem se negare profitetur. Nos in ipso persecutionis tempore de hoc ipso litteras misimus: nec audi ti sumus: consilio frequenter acto non consensione tantum nostra: sed &

comminatione decreuimus: ut pœnitentiã fratres agerent: Vt pœnitentiã non agentibus nemo temere pacẽ daret. & illi cõtra deum ſacrilegi: contra Sacerdotes dei impio furore temerarii: de eccleſia recedentes: & contra ec cleſiam parricidalia arma tollentes: elaborant (ut opus ſuum dyaboli ma/licia conſumment) ne uulneratos diuina clemẽtia in eccleſia ſua curet: mi/ſerorũ pœnitentiã mendatioꝝ ſuoꝝ fraude corrũpunt: ne deo indignanti ſatiſfiat: ne Chriſtũ dominũ ſuũ: qui Chriſtianus eẽ uel erubuit uel timuit: poſtmodũ quærat: ne ad eccleſiam qui de eccleſia receſſerat: redeat. Dat᷑ opera ne ſatiſfactionibus & lamentatõibus iuſtis delicta redimant᷑: ne uul nera lachrymis abluantur: Pax uera falſæ pacis mendacio tollit᷑: ſalutaris ſinus matris nouerca intercedẽte claudit᷑: ne de pectore atq; ore lapſorum fletus & gemitus audiat᷑. Cõpelluntur adhuc inſuper lapſi: ut linguis atq; ore: quo in Capitolio ante deliquerãt: Sacerdotibus conuitiũ faciant: cõ/feſſores & uirgines & iuſtos quoſq; fidei laude præcipuos atq; ĩ eccleſia glo rioſos: cõtumeliis & maledicis uocibus ꝓſequunt᷑. A quibus quidẽ non tã noſtroꝝ modeſtia & humilitas & pudor ceditur: q̃ illoꝝ ipſoꝝ ſpes & uita laceratur. Neq; enim qui audit: ſed qui facit conuitium miſer eſt: nec qui a fratre uapulat: ſed q̃ fratrem cædit in lege peccator eſt. Et cum nocentes i/nocentibus iniuriã faciunt: illi paciunt᷑ iniuriã: qui facere ſe credunt: De/niq; hinc illis pertuſſa mens: & hebes animus: & ſenſus alienus eſt. Ira ẽ dei non intelligere delicta: ne ſequat᷑ pœnitentia: ſicut ſcriptum eſt. Ee dedit illis deus ſpiritũ tranſpunctionis: ne reuertantur ſcilicet & curentur: & de precationibus & ſatiſfactionibus iuſtis peccata ſanentur. Paulus Apoſto/lus ĩ epiſtola ſua ponit & dicit. Dilectũ ueritatis nõ habuerunt ut ſalui fie/rent: ac ꝓpterea mittet illis deus operationẽ erroris: ut credãt mẽdacio: ut iudicent᷑ oẽs q̃ non crediderũt ueritati: ſed ſibi placẽt iniuſticia. Primus fe licitatis gradus eſt nõ deliquere: Secũdus delicta cognoſcere. Illic currit i/nocentia integra & illibata quæ ſeruet: Hic ſuccedit medela quæ ſanet. q̃d utrunq; iſti offenſo deo perdiderunt: & ut amiſſa ſit gratia: quæ de baptiſ/mi ſanctificatione ꝓcipit᷑: & non ſubueniat pœnitentia: ꝓ quã culpa cura/tur: An putas frater leuia eſſe apud deum facinora pua & modica delicta: q̃ ꝓ illos non rogat᷑ mageſtas indignantis dei? q̃ non timetur ira & ignis & dies domini? q̃ imminente Antichriſto exarmatur fides militantis populi: dum tollitur timor & uigor Chriſti? Viderint laici hoc quomodo curent: Sacerdotibus labor maior incumbit in aſſerenda propicianda & procurã/da dei mageſtate: ne quid uideamur in hac parte negligere quando ad/moneat dominus & dicat. Et nunc præceptum hoc ad uos eſt o Sacer/dotes: Si non audieritis: & ſi non poſueritis in corde ueſtro: ut detis

honorem nomini meo dicit dominus: immittam in uos maledictionem: & maledicam benedictionē uestrā. Honor ergo dat deo: quādo sic dei magestas & cēsura contēnitur: ut cū indignari se ille & irasci sacrificātibus dicat: & cum pœnas eternas & supplicia ppetua cōminetur: proponatur a sacrilegis atq; dicat: ne ira cogitet dei: ne timeatur iudiciū domini: ne pulsetur ad Ecclesiā Christi: sed sublata pœnitentia nec ulla exhomologesi criminis facta despectis Episcopis: atq; calcatis: pax nō a ueris Presbyteris uerbis fallacibus prædicet: & ne lapsi surgant aut foris ad Ecclesiā redeāt: cōmunicatio non cōmunicantibus offerat? Quibus etiā nō satis fuit ab euāgelio recessisse: spem lapsis satisfactionis & pœnitētiæ sustulisse: fraudibus inuolutos: uel adulteriis cōmaculatos: uel sacrificioꝝ funesta contagione pollutos: ne demum rogarent: ne in Ecclesia exhomologesin criminū facerent: ab omni sensu & fructu pœnitētiæ remouisse: foris sibi extra Ecclesiā & contra ecclesiā constituisse conuenticulū pdite factionis: cū male sibi cōscioꝝ & deum rogare ac satisfacere nolentium: caterua cōflueret. Post ista adhuc insup Pseudoepiscopo sibi ab hæreticis constituto nauigare audēt: & ad Petri cathedrā atq; ecclesiam principalem: unde unitas sacerdotalis exorta ē: a scismaticis & ꝓfanis litterras ferre: nec cogitare eos esse Romanos: quorum fides Apostolo prædicante laudata est: ad quos perfidia habere non possit accessum. Quæ autem causa ueniendi & Pseudoepiscopū contra Episcopos factum nunctiandi? Aut enim placet illis: quod fecerūt & in suo scelere perseuerant: aut si displicet & recedunt: sciūt quo reuertātur. Nā cum statutum sit ab omnibus nobis: & equum sit pariter ac iustū: ut uniuscuiusq; causa illic audiat: ubi est crimen admissum: & singulis pastoribus portio gregis sit ascripta: quam regat unusquisq; & gubernet: rationē sui actus domino redditurus: oportet utiq; eos quibus præsumus nō circūcursare: nec Episcoporum concordiam coherētem sua subdola & fallaci temeritate collidere: Sed agere illic causam suā: ubi & accusatores habere & testes sui criminis possint: nisi paucis desperatis & perditis: minor uidet esse autoritas Episcoporꝝ in Africa cōstitutorum: qui iā de iilis iudicauerunt: & eorū conscientiam multis delictorum laqueis uinctam iudicii sui nuper grauitate damnarūt. Iam causa eorum cognita est. Iam de eis dicta sententia est: nec censuræ congruit Sacerdotum mobilis atq; inconstātis animi leuitate reprehēdi: cū dominus dicat. Sit sermo uř: est ē: nō non. Si eoꝝ q̄ de illis priore āno iudicauerūt: numerus cū Presbyteris & Diaconibus cōputet: plures tūc affuerūt i iudicio & cognitōe: q̄ sūt iidē isti: qui cū Fortunato uidentur nunc esse cōiuncti. Scire eni debes frater karissime eū: posteaq̄ Pseudoepiscopus ab hæreticis factus est: iā pene ab omnibus

esse desertum. Nãq; ii: quibus in præteritum præstigia obtẽdebãtur: & da bantur uerba fallacia: q; simul ad ecclesiam regressuri dicerent: postea q̃ ui derunt illic Pseudoepiscopũ factũ: frustratos: & deceptos se eẽ didicerũt: & remeant cotidia atq; ecclesiam pulsant: nobis tamẽ a quibus ratio domi no reddenda ẽ: anxie ponderantibus & sollicite examinantibus: qui recipi & admitti ad ecclesiã debeant: Q uibusdã enim ita aut crimina sua obsi/ stunt: aut fratres obstinate & firmiter renitunt: ut recipi omnino nõ possit cũ scandalo atq; periculo plurimoꝝ. Neq; enim sic putamina quædã colli genda sunt: ut quæ itegra & sana sũt uulnerent: nec utilis atq; consultus ẽ pastor: qui ita morbidas & cõtactas oues gregi admiscet: ut gregẽ totum mali cohærentis afflictatione cõtaminet. Non attendas numeꝝ illoꝝ: me/ lior ẽ enim unus timens: q̃ milla filii impii: sicut locutus ẽ dominus p Pro/ phetam dicens. Fili ne iocunderis in filiis impiis si multiplicent tibi: cũ nõ fuerit timor dei in ipsis. O si posses frater karissime istic interesse nobiscum praui istic & puersi de scismate reuertunt: uideres quis mihi labor sit psua dere patriã fratribus nostris: ut animi dolore sopito: recipiendis malis cu/ randisq; consentiãt. Nãq; ut gaudent & lætant: cum tolerabiles & minus culpabiles redeunt: ita cõtra fremũt & reluctant: quotiens inemendabiles & pterui & uel adulteriis uel sacrificiis contaminati: & post hoc adhuc isu per & superbi sic ad ecclesiã remeãt: ut bona intus ingenia corrũpant: Vix plebi psuadeo imo extorqueo: ut tales patiant admitti: & iustior factus est fraternitatis dolor: ex eo q; unus atq; alius obnitente plebe & cõtradicente mea tamen facilitate susceptí: peiores extiterunt: q̃ prius fuerant: nec fidẽ pœnitentiæ seruare potuerunt: quia nec cũ uera pœnitentia uenerant: De istis uero quid dicã: qui nunc ad te cũ Felicissimo omnium criminũ reo na uigauerũt Legati a Fortunato Pseudoepiscopo missi tã falsas ad te litteras afferentes: q̃ est & ipse cuius litteras ferunt falsus: q̃ est & eius peccatorum multiplex conscientia: q̃ execrabilis uita: q̃ turpis: ut & si in ecclesia essẽt: eiici tales de Ecclesia debuissent. Denique quia conscientiã tuam norunt: nec nos audẽt adire: aut ad Ecclesiæ limen accedere: sed foris p prouinciã circunueniendis fratribus & spoliandis pererrãt: & omnibus iã satis noti: atq; undiq; pro suis facinoribus excluſi: illuc etiam ad uos nauigant. Neq; enim potest illis eẽ frons ad nos accedẽdi: aut apud nos cõsistendi: cũ sint acerbissima & grauissima crimina: quæ eis a fratribus igerant. Si iudiciũ nostrũ uolũt experiri: ueniant. Deniq; si qua illis excusatio & defensio põt eẽ: uideamus quem habeant satisfactionis suæ sensum: quem afferant pœ/ nitentiæ fructum. nec Ecclesia istic alicui clauditur: nec Episcopus alicui denegatur: patientia & facilitas & humanitas nostra uenientibus presto

est. Opto omnes in Ecclesiam regredi: opto uniuersos cõmilitones nostros intra Christi castra & dei patris domicilia cõcludi. Remitto omnia: multa dissimulo: studio & uoto colligendæ fraternitatis etiam quæ in deum commissa sunt non pleno iudicio religionis examino: delictis plusq̃ oportet remittendis pene ipse delinquo: Amplector prompta & plena dilectione cũ pœnitencia reuertentes: peccatum suum satisfactione humili & simplici cõfitentes. Si qui autem sunt: qui putant se ad Eccelesiã non precibus: sed minis regredi posse: aut existimant aditum sibi non lamẽtationibus & satisfactionibus: sed terroribus facere: pro certo habeant contra tales stare Ecclesiã domini: nec castra Christi inuicta & fortia & domino tuente munita minis cedere. Sacerdos dei euangelium tenẽs & Christi præcepta custodiẽs: occidi potest non potest uinci. Suggerit & subministrat nobis exempla uirtutis ac fidei Zacharias antistes domini: qui cũ terreri minis & lapidatiõe non posset: in templo dei occisus est: clamans & identidem dicens: q̃ nos quoq; contra hæreticos clamamus & dicimus. Hæc dicit dominus. Dereliquistis uias domini: & dominus derelinquet uos. Neq; enim: quia pauci temerarii & improbi celestes & salutares uias domini derelinquunt: & sãcta non agentes a sancto spiritu deseruntur: ideo & nos diuinæ traditiõis non immemores esse debemus: ut maiora esse furentium scelera: q̃ Sacerdotũ iudicia censeamus: Aut plus existimemus ad impugnãdum posse humana conamina: q̃ q̃ ad protegendum prævalet diuina tutela. An ad hoc frater carissime deponenda est ecclesiæ Catholicæ dignitas: & plebis intus posi/tæ fidelis atq; incorrupta magestas: & sacerdotalis quoq; auctoritas ac potestas: ut iudicare uelle se dicant de Ecclesiæ Præposito extra ecclesiam cõstituti? De Christiano hæretici? de sano saucii? de integro uulnetati? de stãte lapsi? de iudice rei? de sacerdote sacrilegi? Quid supereſt: q̃ ut Ecclesia Capitolio cædat: et recedentibus Sacerdotibus ac domini altare remouentibus in cleri nostri sacrum uenerandumq; congestum: simulacra atq; idola cum aris suis trãseant: & Nouatiano declamãdi aduersum nos atq; increpãdi largior & plenior materia præstetnr: Si mihi qui sacrificauerũt: & Christum publicæ negauerunt: non tantum & sine acta pœnitẽtia admitti: sed adhuc isuper cœperũt terroris sui potestate dominari? Si pacem postulãt: arma deponant: Si satisfaciunt: quid minantur? Aut si comminãtur: sciãt quia a sacerdotibus dei non timẽtur. Neq; enim & Antechristus cum uenire cœperit: introibit in ecclesiam: quia minatur. Aut armis eius & uiolen/tiæ ceditur: quia resistentes perempturum se esse profitetur. Armãt nos hæretici: dum nos putant sua comminatõne terreri: nec in pace nos deiiciũt: sed magis exigunt atq; accendunt: dum ipsam pacẽ persecutione peiorem

fratribus faciũt. Et optamus quidẽ ne quod loquunt furore ipleãt crimie: ne q uerbis pfidis & crudelibus peccant: factis quoq; deliquãt. Oramus ac deprecamur deũ (quẽ ꝓuocare illi & exacerbare nõ desinũt) ut eorũ corda mitescãt: ut furore depoſito ad ſanitatẽ mẽtis redeant: ut peccatores a delictoꝝ tenebris pœnitẽtiæ agnoſcãt: & magis petant fundi ꝓ ſe preces atq; oꝝones Antiſtitis: q̃ ipſi fũdãt ſanguinẽ ſacerdotis. Si aũt i ſuo furore permanſerint: atq; in iſtis inſidiis ac minis ſuis parricidalibus crudeliter pſeue rauerint: nullus dei ſacerdos ſic infirmus & ſic iacẽs & abiectus ſit: ibecillitate humanæ mediocritatis ita inualidus: q nõ cõtra hoſtes & ipugnatores dei diuinitus exigat: cuius nõ humilitas & ifirmitas uigore & robore domini ꝓtegentis animet. Noſtra nihil intereſt aut a quo aut quãdo perimãt: mortis & ſanguinis præmiũ de domino recepturi. Illoꝝ flendã & lamẽtanda cõciſio eſt: quos ſic diabolus excecat: ut eterna gehẽnæ ſupplicia nõ cogitantes: Antichriſti iã ꝓpinquantis aduentũ conent imitari. Et quãq̃ ſciã frater kariſſime ꝓ mutua dilectione q̃ debemus: & exhibemus iuicẽ nobis: florentiſſimo illic clero tecũ præcedẽti & ſanctiſſimæ atq; ampliſſimæ plebi legere te ſemꝑ litteras noſtras: tamẽ nunc admoneo & peto: ut quod aliꝝ ſpõte atq; honorifice facis: etiã petente me facias: ut hac epiſtola mea lecta: ſi quod illi contagiũ uenenati ſermonis & peſtiferæ ſeminationis irrepſerat: id oẽ de fratrũ auribus & pectoribus exuat. & bonoꝝ itegra ac ſincera dilectio ab oĩbus hæretice detractionis ſordibus repurget. Declinẽt aũt de cætero fortiter & euitẽt dilectiſſimi fratres noſtri uerba & colloquia eoꝝ: quoꝝ ſermo ut cancer ſerpit. Sicut Apoſtolus ait: Corrũpunt ĩgenia bona cõfabulatõnes peſſimæ. Et iteꝝ hæreticũ hominẽ poſt unã correptionẽ euita: ſciens q̃ puerſus eſt huiuſmodi & peccat: & ẽ a ſemẽtipſo damnatus. & ꝓ Salemonẽ ſpiritus ſanctus loquit. Peruerſus inqt i ore ſuo portat ꝓditionẽ: & i labiis ſuis ignẽ condit. Itẽ denuo monet dicẽs: Sepi aures tuas ſpinis: & noli audire linguã nequã. Et iterũ. Malus obaudit linguæ iniquoꝝ: iuſtus autẽ nõ intẽdit labiis mẽdacibus. Q uãq̃ ſciã illic fraternitatẽ noſtrã: ueſtra. ſ. ꝓuidentia munitã ſed & ſua uigilãtia ſatis cautã: nec capi hæreticoꝝ uenenis poſſe nec decipi: tantũq; apud illos prætualere & magiſteria & præcepta diuina: quantũ illis i deo timorẽ: tamẽ ex habũdãtia uel ſollicitudo noſtra uel caritas ſcribẽ ad uos iſta ꝓſuaſit: ut nulla cũ talibus cõmercia copulent: nulla cũ malis cõuiuia uel colloq̃a miſceãt: ſimuſq; ab eis tã ſepati q̃ ſunt illi de eccleſia ꝓfugi: quia ſcriptũ eſt. Si autẽ & eccleſiã contẽpſerit: ſit tibi tanq̃ ethnicus & publicanus. Et beatus Apoſtolus non monet tantũ ſed iubet: a talibus ut recedatur. Præcipimus inqt uobis i nomine domini noſtri Ieſu Chriſti: ut recedatis ab oĩbus fratribus ãbulãtibus

inordinate: & non ſecundū traditionē q̄ acceperūt a nobis: Nulla ſocietas fidei & pfidiæ pōt eſſe. Q ui cum Chriſto nō eſt: qui aduerſarius Chriſti ē: qui unitati & paci eius inimicus eſt: nobiſcum nō poteſt cohærere: Si cum precibus & ſatiſfactionibus ueniunt: audiantur. Si maledicta & minas ingerunt: reſpuantur. Opto te frater ſemper bene ualere.

Beati Cypriani quorūdāq; Coepiſcopoꝝ ad fœlicē preſbyterū & paulū Diaconū & plebē ipſis cōmiſſā cōſiliū petentes de Martiali & Baſilide hereſiarchis: ī qua docent deū iuſſiſſe niſi īmaculatos & ītegros antiſtites eligí deberi: Ideoq; plena diligētia & exploratōe ſincera oportere eos ad ſaſerdotiū deligi: quos deo cōſtet fore acceptos.

Yprianus. Cecilius. Primus. Polycarpus. Nicomedes. Lucianus. Succeſſus. Sedatus. Fortunatus. Ianuarius. Secūdinus. Pōponius. Honoratus. Victor. Aurelius. Satius. Petrus. Alius Ianuarius: Saturninus: Alius Aurelius. Venātius. Q uietus. Rogatianus. Tenax. Felix. Fauſtus. Q uintus. Alius Saturninus. Lucius. Vincentius. Libioſus. Geminus Marcellus. Iambus. Adlephius. Victoricus. & Paulus: Felici prebitero: & plebibus conſiſtentibus ad legionē & Aſturice. Itē Lelio Diacono & plebi emerite cōſiſtentibus fratribus ī domino ſalutē. Cū in unū cōueniſſemus legimus litteras ueſtra fratres dilectiſſimi: quas ad nos p Felicē & ſabinū Coepiſcopos noſtros p fidei ueſtræ integritate & p dei timore feciſtis. Significantes Baſilidem & Martialē libellis idolatrie cōmaculatos & nefandorum facinoꝝ cōſciētia uinctos: Epiſcopatū gerere & ſacerdotū dei adminiſtrare nō oportere. Et deſyderaſtis reſcribi ad hæc uobis: & iuſtā pariter ac neceſſariā ſollicitudinē ueſtrā uel ſolatio uel auxilio noſtræ ſententiæ ſubleuari. Sed enim deſyderio huic ueſtro non tā noſtra cōſilia: q̄ diuina præcepta reſpōdēt: q̄bus iam pridē mandat uoce celeſti: & dei lege præſcribit: quos & quales oporteat deſeruire altari: & ſacrificia diuina celebrare. In Exodo nanq; ad Moyſen deus loquit & monet dicēs. Sacerdotes q̄ accedūt ad dominū deū: ſanctificent: ne forte derelinquat illos dominus. Et iterū. Et cū accedūt miniſtrare ad altare ſācti: nō adducēt ī ſe delictū: ne moriant. Itē ī Leuitico præcipit dominus & dicit. Homo ī quo fuerit macula & uitium: nō accedet offerre dona deo. Q uæ cum prædicta uel mādata & manifeſta ſint nobis: præceptis diuinis neceſſe ē obſeq̄a nr̄a deſeruiāt: nec p̄ſonam in eiuſmudi accipi: aut aliud cui q̄ largiri pōt humana īdulgētia: ubi interceſſit & legē tribuit diuina præſcriptio. Neq; enī īmemores eē debemus: q̄d ad Iudeos p Eſaiā Prophetā locutus ſit dominus īcrepans & indignans: q̄

cõtemptis diuinis præceptis: humanas doctrinas sequerent. Populus iste inqt labiis suis honorificat me: cor uero eorũ lõge sepatum est a me. Sine cã aũt colũt me: mãdata & doctrinas hominũ docẽtes. qđ idẽ dominus i euã gelio repetit & dicit. Reiicitis mandatũ dei: ut traditionẽ uestrã statuatis: quæ ante oculos habẽtes: & sollicite ac religiose cõsiderãtes i ordinatõibus sacerdotũ: nõ nisi imaculatos & itegros antistites eligẽ debemus: q̃ digne & sãcte sacrificia deo offerentes audiri i precibus possũt: q̃s faciũt p plebis dominicæ icolumitate: cũ scriptũ sit. Deus peccatorem nõ audit. Sed si qs deũ coluerit: & uolũtatẽ eius fecerit: illũ audit. Propter qđ plena diligẽtia & exploratõe sincera oportet eos ad sacerdotiũ dei deligi: quos a deo con stet audiri. Nec sibi plebs blãdiat: q̃si imunis a cõtagione eẽ delicti possit: cũ sacerdote peccatore cõmunicans: & ad iniustũ atq; illicitũ præpositi sui episcopatũ cõsensũ suũ cõmodans: q̃do p Oseæ Prophetã cõminẽ & dicat censura diuina. Sacrificia eorũ tanq̃ panis luctus: oẽs q̃ manducãt ea cõta minbunt. Docens. s. & ostendens oẽs oino ad peccatũ cõstringi: q fuerit pphani & iniusti sacerdotis sacrificio cõtaminati. Quod idẽ i numeris ma nifestari iuenimus: q̃do Chore & Dathã & Abiron cõtra Aaron sacerdotẽ sacrificãdi sibi licentiã uendicauerũt. Ille quoq; p Moysen præcepit domi nus: ut ab eis populus separet: ne facinorosis cõiunctus eodem facinore & ipse pstringat. Sepamini inqt a tabernaculis hoinũ iniustorũ durissimorũ: & nolite tãgere ab oibus: quæ sũt eis: ne simul peatis i peccato eorũ. Propter qđ plebs obsequens præceptis dominicis: & deũ metuens a peccatore præ posito separe se debet: nec se ad sacrilegi sacerdotis sacrificia miscere: q̃do ipsa maxime habeat potestatem uel eligẽdi dignos sacerdotes: uel idignos recusandi. Quod & ipsũ uidemus de diuina autoritate descendere: ut sa cerdos plebe præsente sub oium oculis deligat: & dignus atq; idoneus pu blico iudicio ac testimonio cõprobet: sicut i Numeris Moysi præcepit do minus dicens. Prehende Aaron fratrem tuũ & eleazarum filium eius: & im pones eos i mõtẽ eorã omni synagoga: & exue Arõ stolã eius: & indue Elea zarum filium eius: & Aaron appositus moriat illic. Corã omni Synagoga iubet deus cõstitui sacerdotem: idest instruit & ostendit ordinationes sacer dotales nõ nisi sub populi assistentis cõscientia fieri oportere: ut plebe præ sente uel detegant malorũ crimina: uel bonorũ merita prædicent: & sit or dinatõ iusta & legittima: quæ oium suffragio: & iudicio fuerit examinata: qđ postea secundũ diuina magisteria obseruat in actibus Apostolorũ: q̃do de ordinando i locũ Iudæ Episcopo Petrus ad plebem loquit. Surrexit in quit Petrus in medio discentium: Fuit aũt turba i uno. Nec hoc in Episco porũ tantũ & Sacerdotũ: sed in Diaconorum ordinationibus obseruasse

Apostolos aniaduertimus: de quo & ipso in Actibus Apostolorꝝ scriptū ē. Et cōuocauerunt inqt illi duodeci totam plebē discipulorꝝ & dixerunt eis. Quod utiqꝫ iccirco tā diligenter & caute cōuocata plebe tota gerebať: ne qs ad altaris ministeriū: uel ad sacerdotalem locū idignus obreperet. Ordinari enī nōnunq̄ idignos nō secundū dei uoluntatē sed secundū hūanā præsūptionē: & hæc dico displicere: quæ non ueniāt ex legitima & iusta ordinatione: deus ipse manifestat ꝑ Oseæ Prophetā dicens. Sibimet ipsi Regē cōstituerunt: & nō ꝑ me. Propter qď diligēter de diuina traditiōe diuina & Apostolica obseruatiōe seruādū est & tenendū: qď apud nos quoqꝫ & fere ꝓuincias uniuersas teneť: ut ad ordinatōes rite celebrandas ad eā plebem: cui præpositus ordinať: Episcopi eiusdē ꝓuinciæ ꝓximi quiqꝫ cōueniāt: Et episcopus deligať plebe præsente: quæ singulorꝝ uitā plenissime nouit: & uniuscuiusqꝫ actū de eius cōuersatione ꝑspexit: Quod & apud uos factum uidemus in sabini Collegæ nostri ordinatione: ut de uniuersæ fraternitatis suffragio: & de Episcoporꝝ q̄ in præsentiā cōuenerant: q̄ de eo ad uos litteras fecerant iudicio: Episcopatus ei deferreť: & manus ei ī locū Basilidis ī/ponereť. Neqꝫ scindere ordinationē iure ꝑfectam pōt: qꝫ Basilides post crimina sua detecta & cōscientiā ēt propria cōfessione nudatā: Romā ꝑgens Stephanum collegā nostrū longe positū & gestæ rei ac ueritatis ignarū fefellit: ut exābiret reponi se iniuste ī Episcopatū: de quo fuerat iuste depositus. Hoc eo ꝑtinet: ut basilidis nō tā abolita sint: q̄ cumulata delicta: ut ad supiora peccata eius etiā fallaciæ & circunuentōis crimen accesserit. Neqꝫ enim tam culpandus est ille: cui negligenter obreptū: q̄ hic execrādus: qui fraudulenter obrepsit. Obrepere autem sī hominibus Basilides potuit: deo non pōt: cum scriptum sit. Deus nō irridetur. Sed ne Marciali pōt ꝑfuisse fallacia: quominus ipse quoqꝫ delictis grauiqꝫ inuolutus crimine episcopatum tenere non debeat: Quando & Apostolus moneat & dicat. Episcopū oportet esse sine crimine: quasi dei dispēsatorem. Quapropter cum sicut scripsistis fratres dilectissimi & ut Felix & sabinus Collegæ nostræ asseuerāt: utqꝫ alius Felix de Cæsari augusta fidei cultor ac defensor ueritatis: litteris suis significat: Basilides & Martialis nefando idolatrie libello contaminati sint. Basilides insup adhuc præter libelli maculam cum infirmitate decumberet: in deum blasphemauerit: & se blasphemasse confessus sit: & episcopatum pro conscientiæ suæ uulnere sponte deponens: ad agendam pœnitentiam conuersus sit: deum deprecans & satis gratulās sibi uel laico communicare contingeret. Martialis quoqꝫ præter gentilium turpia & luculenta conuiuia in collegio diu frequentata: & filios in eodem collegio exterarum gētium more apud profana sepulchra deposītos: & alienigenis

consepultos: actis publice habitis apud ꝓcuratorem Ducenariũ obtempe
rasse idolatriæ: & Christũ negasse cõtestatus sit. Cũq; alia multa sint & gra
uia delicta: qbus Basilides & Martialis iplicati tenent̃: frustra tales Episco
patum sibi usurpare conantur: cũ manifestũ sit eiusmodi hoines nec eccle/
siæ Christi posse præesse: nec deo sacrificia offerre debere. Maxime cum iã
pridem nobiscũ & cum omnibus omnino Episcopis ĩ toto mundo cõstitu/
tis: etiã Cornelius Collega noster sacerdos pacificus ac iustus: & martyrio
quoq; dignatione domini honoratus: decreuit huiusmodi hoines ad pœni
tentiã quidem agendam posse admitti: Ab ordinatione aũt cleri atq; sacer
dotali honor̃ ꝓhiberi. Nec moueat uos fratres dilectissimi si apud quosdã
in nouissimis tẽporibus aut lubrica fides nutat: aut dei timor apud inreli/
giosos uacillat: aut pacifica cõcordia non ꝓseuerat. Prænunciata sunt hæc
futura in sæculi fine: & domini uoce atq; Apostolor̃ contestatione prædi/
ctum est deficiente iã mundo atq; appropinquãte Antichristo bona quæq;
deficere: mala uero ac aduersa proficere. non sic tamen: quãuis nouissimis
temporibus: in ecclesia dei aut euãgelicus uigor cecidit: aut Christianæ uir
tutis & fidei robur elanguit: ut nõ supsit portio sacerdotum: quæ minime
ad has rerum ruinas: & fidei naufragia succũbat. Sed fortis & stabilis ho/
norem diuinæ magestatis & sacerdotalem dignitatem plena timoris obser
uatione tueat̃. Meminimus & tenemus: succumbentibus licet & cedẽtibus
cæteris: Mathathiã legẽ dei uidicasse fortiter. Heliam Iudeis deficiẽtibus
atq; a religione diuina recedentibus: stetisse & certasse sublimiter. Danie/
lẽ nec solitudine regionis alienæ: nec persecutionis assiduæ infestatione de
territum: frequenter ac fortiter gloriose dedisse martyria. Tres itẽ pueros
nec armis nec minis fractos: contra ignes babylonios fideliter obstitisse: &
uictorem Regem ĩ ipsa sua captiuitate uicisse uiderit uel preuaricator̃ nu
merus uel proditor̃: q̃ nunc in ecclesia contra ecclesiam surgere & fidẽ pa
riter ac ueritatem labefactare cœperunt: Permanet apud plurimos sincera
mens & religio integra: & nõ nisi domino & deo suo aĩa deuota: nec Chri/
stianã fidem aliena ꝓfidia deprimit ad ruinam: sed magis excitat & exaltat
ad gloriã: secũdũ quod beatus Apostolus hortat̃ & dicit. Q uid enim si ex
ciderunt a fide quidã eor̃: nunq̃d infidelitas illor̃ fidẽ dei euacuauit? ab/
sit. Est enĩ deus uerax: oĩs aũt homo mendax: Si aũt oĩs homo mendax est
& solus deus uerax ẽ: q̃d aliud serui & maxime sacerdotes dei facere debe/
mẽs: nisi ut humanos errores & mendacia relinquamus: & præcepta domi
nica custodientes in dei ueritate maneamus? Q uare & si aliqui de collegis
uostris extiterint fratres dilectissi: q̃ deificam disciplinam negligẽtiam pu/
tant: & cum Basilide & Martiale temere cõmunicãt: cõturbare fidẽ nostrã

res istanon debet: Cũ spiritus sanctus in psalmis talibus commineť dicẽs: Tu aũt odisti disciplinã: & proiecisti sermones meos post te. Si uidebas furem: simul currebas cũ eo: & cum adulteris portionẽ tuã ponebas. Consortes & participes ostendit eos alienoꝝ delictoꝝ fieri: qui fuerint delinquentibus copulati. Sed & hoc idẽ Paulus Apostolus scribit dicens. Susurratores: detractores: deo abhorrẽtes: iniurioſi: supbi: iactãtes sui: adiuẽtores malorꝝ: q̃ cũ iusticiã dei cognouissẽt: nõ itellexerũt: quoniã q̃ talia agũt: morte sũt digni nõ tãtũ q̃ faciũt ea: sed & q̃ cõsẽtiũt eis q̃ hæc agũt: quoniã q̃ talia iqt agũt: morte sť digni: Manifestat & cõprobat morte dignos eẽ: & ad pœnã uenire nõ tantũ illos qui mala faciunt: sed etiã eos qui talia agẽtibus consentiunt. Q ui dũ malis & peccatoribus & pœnitentiã nõ agẽtibus illicita cõmunicatione miscenť: nocentium cõtactibus poluunť: & dum iunguntť in culpa: sic nec in pœna separantur. ꝓpter quod integritatis & fidei uestræ religiosã sollicitudinẽ fratres dilectissimi & laudamus pariter & ꝓbamus: & q̃tũ possumus adhottamur lr̃is nostris: ne uos cũ ꝓphanis & maculatis sacerdotibus cõmunicatione sacrilega misceatis: sed itegrã & sicerã fidei ur̃æ firmitatẽ religioso timore seruetis: Opto uos frẽs karissimi semp bene ualere.

Beati Cypriani ad Rogatianũ & cæteros cõfessorẽ de obseruatõe disciplinæ & fidei christianæ. In qua hortať: ut sicut prima cõgressione aduersariũ uicerunt: ita gloriã suam forti & perseueranti uirtute teneant.

Yprianus Rogatiano presbytero & cæteris confessoribus fratribus salutẽ. Et iã pridẽ uobis fratres karissimi ac fortissimi litteris miserã: q̃bus fidei & uirtuti uestræ uerbis exultantibus cõgratularer: & nunc nõ aliud in primis uox nostra cõplectiť: q̃ ut læto animo frequẽter ac semp gloriam uestri nominis prædicemus. Q uid enim uel maius i uotis meis põt esse uel melius: q̃ cũ uideo confessionis uestræ honor illuminatũ gregẽ Christi? Nam cum gaudere i hoc omnes fratres oporteat: tamẽ in gaudio cõmuni maior est Episcopi portio. Ecclesiæ enĩ gloria: Præpositi gloria ẽ. Q uãtũ dolemus ex illis: quos potestas inimica prostrauit: tãtũ lætamur ex uobis: quos dyabolus superare nõ potuit. Hortamur autẽ ꝓ cõmunẽ fidem: ꝓ pectoris nostri uerã circa uos & simplicẽ caritatẽ: ut qui aduersariũ pr̃ia hac cõgressione uicistis: gloriã uestrã forti & pseuerãti uirtute teneatis. Adhuc i sæculo sumus: adhuc i acie constituti: de uita nr̃a quottidie dimicamus: danda opa est: ut post hæc initia ad incrementa quoq; ueniať: & cõsumeť i uobis: qď iã rudimentis fœlicibus eẽ cœpistis. Parũ ẽ adipisci aliud potuisse: plus est qď adeptũ ẽ: posse seruare. Sicut & fides ipsa & natiuitas salutaris nõ accepta: sed custodita uiuificat. Nec statim cõsecutio: sed cõsumatio

hominẽ deo seruat. Dominus hoc magisterio docuit dicens: Ecce sanus factus es: iã noli peccare: ne qd tibi deterius fiat: Salomon deniq; & Saul & cæteri multi: quãdiu in uiis domini ambulauerũt: datã sibi gratiã tenerẽ potuerunt. Recedente ab his disciplina dominica: recessit & gratia. Perseuerãdũ nobis est in arto & i angusto itinere laudis & gloriæ: & cũ quies & humilitas: & bonoꝝ morũ tranqllitas Christianis omnibus cõgruat: secũ dũ domini uocẽ: q neminem aliũ respicit nisi humilẽ & quietũ & trementẽ sermones suos: tamẽ magis hoc obseruare & iplere cõfessores oportet: q exemplũ facti estis cæteris fratribus: ad quoꝝ mores omniũ uita & actus debeat ꝓuocari. Nã sicut Iudei a deo alienati sũt: ꝓpter quos nomẽ dei blasphematur in gẽtibus: ita cõtra: deo cari sũt p quoꝝ disciplinã nomẽ domini laudabili testimonio prædicat̃. Sicut scriptũ ẽ domino præmonẽte & dicẽte. Luceat lumen uestrũ corã hominibus: ut uideãt opa uestra bona: & clarificẽt patrẽ uestrũ: qui est in cælis. Et Paulus Apostolus dicit. Lucete sicut luminaria i mundo. Et petrus similiter hortat̃. Sicut hospites inqt & peregrini abstinete uos a carnalibus desideriis: quæ militant aduersus animã: cõuersationẽ habentes inter gentes bonã: ut dũ detꝛactant de uobis quasi de malignis: bona opa uestra aspiciẽtes magnificẽt dominũ. Q uod quidẽ maxia pars uestrũ cũ eo gaudio curat: ut cõfessionis ipsius honoꝝ melior facta trã qllis & bonis moribus gloriã suã custodit & seruat. Sed quosdã audio inficere numerũ uestrũ: & laudẽ præcipui nomis praua sua cõuersatiõe destruere: quos ẽt uos ipsi (utpote amatores & cõuersatores laudis uestræ) obiurgare & cõprimere & emendare debetis. Cũ quanto enim nominis uestri pudore delinqtur: quãdo alius aliqs temulentus & lasciuiẽs demorat̃: alius i eam patriã unde extorres factus ẽ regredit̃: ut deprehẽsus nõ iã quasi Christianus: sed quasi nocẽs pereat: Inflari aliquos & tumere audio: cũ scriptũ sit. Noli altũ sapeꝛ: sed time. Si enĩ dominus naturalibus ramis nõ pepcit: ne forte nec tibi parcat. Dominus noster sicut ouis ad uictimã ductus ẽ: & sicut agnus coram tondente se sine uoce: sic nõ aperuit os suũ. Nõ sũ iquit contumax neq; contradico. Dorsum meũ posui ad flagella: & maxillas meas ad palmas. Faciem autem meam non auerti a feditate sputorũ. Et quisq̃ per ipsum nunc atq; in ipso uiuẽs extollere se audet & superbire̓ immemor est factorum: quæ ille gessit: & mandatorum quæ nobis uel per se uel per Apostolos suos tradidit. Q uod si non est maior domino suo seruus: qui dominum sequuntur: humiles: & quieti & taciturni uestigia eius imitentur. Q uanto quisque inferior fuerit: sublimior fiet dicenti domino: Q ui minimus fuerit i uobis: hic erit magnus. Q uid deinde illud q̃ uobis execrandũ debet uideri: qd̃ cũ sũmo animi nostri gemitu & dolore cogno/

uimus. Nō deesse q̄ dei tēpla: & post cōfessionem sanctificata & illustrata mēbra: turpi & infami cōcubitu suo maculent: cubilia cū feminis ꝑmiscua iungentes: q̄do & si stuprū cōscientiæ eor̄ desit: hoc ipsum grande crimen est: q̄ illor̄ scādalo in alior̄ ruinas exēpla nascant. Contentiones quoq; & emulatiōes inter uos nullas eē oportet: cū pacem suam nobis dimiserit dominus: & scriptū sit. Diliges proximū tuum tanq̄ te. Si autem mordetis & incusatis inuicē: uidete ne cōsumamini abinuicē. Cōuitiis etiā & maledicis quæso uos abstinete: quia neq; maledici regnū dei consequentur: & lingua quæ Christum confessa ē incolumis & pura cum suo honore seruanda est. Nā qui pacifica & bona & iusta secundū Christi præceptum loquit': Christum quottidie cōfiteť. Sæculo renunciaueramus cū baptizati sumus: sed nunc uere renunciamus sæculo: quādo tēptati & ꝑbati a deo: nostra oīa relinquentes dominū secuti sumus: & fide ac timore eius stamus & uiuimus. Corroboremus nos exhortationibus mutuis: & magis ac magis ꝓficiamus in domino: ut cū pro sua misericordia pacem fecerit: quam se facturum repromittit: noui & pene mutati ad ecclesiam reuertamur: & excipiāt nos sicue fratres nostri siue gentiles circa omnia correctos atq; in melius reformatos: & qui admirati fuerant in uirtutibus gloriam: nunt admirentur in moribus disciplinam. Opto te frater kariſſime semper bene ualere.

Beati Cypriani ad Magnū de his q̄ in lecto gratiā consequuntur in qua ostendit: nisi quis in ecclesia & ab ecclesia catholica ordinatus fuerit ius uitalis aquæ habere non posse.

Yprianus Magno filio salutem. Pro tua religiosa diligentia consului sti mediocritatem nostram fili kariſſime: an iter cæteros hærticos eos quoq; q̄ a Nouatiano ueniant: post profanū eius lauacrū baptizari & sanctificari i ecclesia catholica legitimo & uero & unico ecclesiæ baptismo oporteat. De qua re quantū fidei nostræ capacitas & scripturar̄ diuinarum sanctitas ac ueritas suggerit: dicius oēs hæreticos oīno & scismaticos nihil hēre potestatis ac iuris. Propter hoc Nouatiāus nec debet nec pōt excipi: quo minus ipse quoq; cōtra ecclesiā cōsistēs: & cōtra pacē ac dilectionē christi faciēs: iter aduersarios & Antichristos cōputeť. neq; eni dominus nr̄ Iesus Christus cū i euāgelio suo testareť: aduersarios suos eē eos: q̄ secum nō essēt: & secū nō colligētes gregē suū spgerēt: aliq̄ hstreticor̄ speciē designauit: sed oēs omnino qui secum non essent aduersarios suos ostendit dicens Qui non est mecum: aduersum me est. Et qui nō mecum colligit: spargit. Item beatus Ioānes Apostolus nec ipse ullā hæresi aut scisma discreuit: aut

aliquos ſparti ſepares poſuit: ſed uniuerſos qui de eccleſia exiſſent: qui cō/
tra eccleſiā facerent: Antichriſtos appellauit dicēs. Audiſtis inqt qa Anti/
chriſtus uenit: nunc aūt Antichriſti multi facti ſūt. Vnde cognoſcimus qa
nouiſſima hora ē: ex nobis exierunt: ſed non fuerūt ex nobis. Si enī fuiſſēt
ex nobis: manſiſſent utiq; nobiſcū. Vnde apparet aduerſarios Chriſti Anti
chriſtos oēs eē: quos cōſtet a caritate atq; ab unitate eccleſiæ catholicæ re/
ceſſiſſe. Adhuc quoq; dominus i euangelio ſuo ponit & dicit. Si uero eccle
ſiā contēpſerit: ſit tibi tanq̄ ethnicus & publicanus. Si aūt q eccleſiā contē
nunt: ethnici & publicani habent': Multo magis utiq; rebelles & hoſtes fal
ſa altaria: & illicita ſacerdotia: & ſacrificia ſacrilega: & nomina adulterata
fingentes: inter ethnicos neceſſe ē cōputent': q̄do minora peccātes: & tātū
eccleſiæ contēptotes: ethnici & publicani ſentētia domini iudicēt'. Quod
āt eccleſia una ſit: declarat i Cātico cāticoꝝ ſpiritus ſanctus ex pſona Chri
ſti dicens. Vna ē colūba mea: pfecta mea: una eſt matris ſuæ: electa eſt geni
trici ſuæ. de qua itē denuo dicit. Hortus cōcluſus ſoror mea ſpōſa: fons ſi/
gnatus: puteus aquæ uiuæ. Si autē ortus cōcluſus ē ſponſa Chriſti: quæ eſt
eccleſia: patere res clauſa alienis & ꝑphanis non pōt. Et ſi fons ſignatus ē:
neq; bibere inde neq; cōſignari pōt: cui foris poſito ad fontē acceſſus nō ē:
Puteus quoq; aquæ uiuæ ſi unus eſt idē: q intus ē: niuificari & ſanctificari
foris poſitus ex illa aqua nō pōt: ex qua ſolis eis: q itus ſt': uſus oīs & potus
cōceſſus ē. Quod & Petrus oſtēdēs unā eccleſiā eē: & ſolos eos q̄ i eccleſia
ſint baptizari poſſe: poſuit & dixit. In archa Noe pauci. i. octo animæ ho
minū ſaluæ factæ ſūt ꝑ aquā: qđ & uos ſimiliter ſaluos faciet baptiſma. ꝓ/
bans & cōteſtans unā archam Noe typum fuiſſe unius eccleſiæ. Si potuit
tunc in illo expiati & purificati mundi baptiſmo ſaluus per aquam fieri
qui in archa Noe non fuit: poteſt & nunc uiuificari per baptiſma: qui in
eccleſia non eſt: cui ſoli baptiſma cōceſſū eſt. Sed & Paulus Apoſtolus hoc
idē adhuc aptius & clarius manifeſtās ad Epheſios ſcribit & dicit. Chriſtus
dilexit eccleſiā: & ſepiſū tradidit ꝑ ea: ut eā ſanctificaret purgās eā lauacro
aquæ. Quod ſi una eſt eccleſia: quæ a Chriſto diligit': & lauacro eius ſola
purgatur: quomodo qui in eccleſia non eſt: aut diligi a Chriſto aut ablui &
purgari lauacro eius poteſt? Propter quod cum ſola eccleſia habeat aquam
uitalem: & baptizandi atq; abluendi hominis poteſtatem: qui dicit apud
Nouatianum baptizari & ſanctificari aliquem poſſe: prius oſtendat & do
ceat Nouatianum in eccleſia eſſe: aut eccleſiæ preſidere. Eccleſia enim
una eſt: quæ una & intus eſſe & foris non poteſt. Si enim apud Nouatia/
num eſt: apud Cornelium non fuit. Si uero apud Corneliū fuit: q epiſcopo
Fabiano legitima ordinatiōe ſucceſſit: & quem propter ſacerdotii honorē

martyrio quoq; dominus glorificauit: Nouatianus in ecclesia non est: nec Episcopus cõputari põt: q euangelica & Apostolica traditõe contẽpta nemini succedẽs: a se ipso ordinatus ẽ. Habere nãq; aut tenere ecclesiã nullo mõ põt: q ordinatus i ecclesia nõ ẽ. Foris eni nõ eẽ ecclesiã: nec scidi aduersũ se aut diuidi posse: sed isepabilis atq; indiuiduæ domus unitatẽ tenere: manifestat scripturæ diuiæ fides: cũ de sacramẽto Paschæ & agni: q̃ agnus Christũ designabat: scriptũ est. In domo una comedet̃: nõ eiicietis de domo carnẽ foras. Quod itẽ circa Raab: quæ ipsa quoq; typum portabat ecclesiæ: expressũ uidemus: cui mãdat̃ & dicit̃. Patrẽ tuũ & matrẽ tuã & fratres tuos & totã domũ pris tui colliges ad te ipsã in domũ tuã: & ois q̃ exierit hostiũ domus tuæ foras: reus sibi erit. Quo sacramẽto declarat̃ i unã domũ solã. i. i ecclesiã uicturos: & ab interitu mũdi euasuros colligi oportere. Quisqs autẽ de collectis exierit. i. si quisq̃ i ecclesia gratiã consecutus recesserit: & ab ecclesia exierit: reũ sibi futuꝝ. i. ipsũ sibi q̃d pereat imputaturũ. Quod Apostolus Paulus explanat docẽs & præcipiẽs hæreticũ uitã dũ eẽ: ut puersũ & peccatorẽ: & a semetipso dãnatũ. Hic. n: q̃ reus sibi erit: non ab episcopo electus: sed spõte de ecclesia pfugus: & hæretica præsumptione a semetipso dãnatus. Et iccirco dominus insinuãs nobis unitatẽ de diuina autoritate uenientẽ ponit & dicit. Vnũ sumus ego & pater: Ad quã unitatẽ redigẽs ecclesiã suã: denuo dicit. & erũt unus grex & unus pastor: Si ãt grex unus ẽ: quõ põt gregi anumerari: q̃ i numero gregis nõ ẽ: aut pastor haberi quõ põt: q manẽte uero pastore: & i ecclesia dei ordinatõe succedanea præsidẽte: nemini sucedẽs & a seipso icipiẽs alienus fit & pfanus: dominicæ pacis: ac diuinæ unitatis inimicus: nõ habitãs i domo dei. i. i ecclesia dei: i qua nõ nisi cõcordes atq; unanimes habitãt: loquente i psalmis spiritu sãcto & dicẽte. Deus qui habitare facit unanimes i domo: Deniq; unanimitatẽ Christianã firma sibi atq; isepabili caritate cõnexã: ẽt ipsa dominica sacrificia declarant. Nã q̃do dominus corpus suum panẽ uocat de multoꝝ granoꝝ adunatõe cõgestũ: populũ nostrũ quẽ portabat: idicat adunatũ: Et q̃do sanguinẽ suũ uinũ appellat de botris atq; acinis plurimis expressũ atq; i unũ coactũ: gregẽ itẽ nostrũ significat cõmixtõe adunatæ multitudinis copulatũ. Si Nouatianus huic pani dominico adunatus ẽ: si christi populo & ipse cõmixtus est: poterit uideri & unici ecclesiastici baptismi habere gratiã posse: si eũ cõstiterit ecclesiæ unitatẽ tenere. Deniq; q̃ sit insepabile unitatis sacramẽtũ: & q̃ sine spe sint & pditionẽ sibi maximã de idignatõe dei acqrant: q̃ scisma faciũt: & relicto episcopo aliũ sibi foris Pseudoepiscopũ cõstituũt: declarat i libris regnoꝝ scriptura diuina: ubi a tribu Iuda & beniami decẽ tribus scisse st̃: & relicto rege alteꝝ foris istituerũt: &

contactu iniuriæ ſæcularis imunes: nec rubigo atterat: nec grando cedat: nec ſol urat: nec pluuia corrũpat. Nã delinqs & hoc ipſo ĩ deũ: ſi ad hoc tibi ab illo diuitias datas credas: ut illis nõ ſalubriter pfruaris. nã & uocẽ homini deus dedit: & tamen nõ ſunt idcirco amatoria cantãda nec turpia. & ferrũ eſſe ad culturã terræ deus uoluit: nec homicidia ſũt idcirco faciẽda. Aut qa thura & ignẽ & mira deus ĩſtituit: ſacrificãdũ eſt ide idolis? Vel qa habundat pecudũ greges ĩ agris tuis: uictimas & hoſtias imolare debebis? Alioqn tentatio ẽ patrimoniũ grãde: niſi ad uſus bonos cẽſus opet: ut patrimonio ſuo unuſqq; locupletior magis redimere debeat q̃ augere delicta. Ornamentoꝝ ac ueſtiũ inſignia & lenocinia fucoꝝ nõ niſi pſtitutis & ĩpudicis feminis cõgruunt: & nullaꝝ fere precioſior cultus eſt: q̃ quaꝝ pudor uilis ẽ. Sic ĩ ſcripturis ſãctis: q̃bus nos ĩſtrui domius uoluit & moneri: deſcribit ciuitas meretrix: cõpta pulchrius & ornata: & cũ ornamentis ſuis ac ꝑpter ipſa potius ornamenta ꝑitura. Et uenit inqt unus ex ſeptẽ angelis habentibus phialas. vii. & aggreſſus ẽ me dicẽs. Veni oſtẽdendã tibi dãnationẽ meretricis magnæ ſedentis ſup aquas multas: cũ qua fornicati ſunt Reges terræ. Et duxit me ĩ ſpiritu. Et uidi mulierẽ ſedentẽ ſup beſtiã: & mulier illa amicta erat pallio purpuro & coccineo: & adornata erat auro & margaritis & lapidibus præcioſis & ferẽs poculũ aureũ ĩ manu ſua plenũ execrationis & imundicie: & forni catõis totius terræ. Fugiãt caſtæ uirgines & pudicæ iceſtarũ cultus habitus: ĩpudicaꝝ lupunariũ inſignia: ornamẽta meretricũ. Clamat ẽt ſpũ ſancto plenus Heſias: & filias Sion auro & ueſte corruptas icrepat: & obiurgat ꝑnitioſis opibus affluẽtes & a domino ꝑ ſæculi delicias recedẽtes. Exaltatæ ſũt ait filiæ Sion: & ãbulauerunt alto collo: & nutu oculoꝝ: & inceſſu pedũ trahẽtes tunicas: & pedibus ſimul ludentes. humiliabit dominus pricipales filias Sion: & reuelabit dominus habitũ earũ: & auferet dominus gloriã ueſtis illaꝝ: & ornamẽta eaꝝ: & crines: & cincinnos: & lunulas: & diſcriminalia: & dextralia: & armillas: & batronatũ: & ſpecula: & ãnulos: & inaurẽs: & ſerica cõtexta cum auro & hyacitho. Et erit ꝑ odore ſuauitatis puluis: & ꝑ cingulo reſte cingeris: & pro ornamẽto capitis aureo: caluitiũ habebis. Hoc deus culpat & denotat: Hinc corruptas eẽ uirgines: hinc a cultu uero & diuino deſciuiſſe prænũciat. Exaltatæ ceciderunt. Cõptæ turpitudinẽ feditatẽq; meruerunt. Serico & purpura ĩduta Chriſtũ induere nõ poſſunt. Auro & margaritis & monilibus adornatæ ornamenta corpis & pectoris ꝑdiderunt. Quis nõ id execretur & fugiat: quod aliis fuerit exitio? Quis id appetat & aſſumat: qđ ad necẽ alterius ꝑ gladio fuerit & telo? Si hauſto poculo moreret ille q̃ biberat: uenenũ ſcires eẽ qđ ille potauit. Si accepto cibo q̃ accepat interiret: ſcires eẽ letale

quod acceptū potuit occidere. Nec ederes inde nec biberes: unde interiſſe alios ante cōſpiceres. Nūc q̄ta ignorantia tui ē animi: q̄ta dementia: id uel le quod & nocuerit ſemp & noceat? & putare q̄ inde ipſa nō peas: unde alios piſſe cognoſcas? Neq; enī deus purpureas aut coccineas oues fecit: aut herbaꝝ ſuccis: aut cōchyliis tingere & colorare lanas docuit. Nec diſtictis auro lapillis & margaritis cōtexta ſeria: & numeroſa cōpage digeſtis monilia iſtituit: q̄bus: ceruicē quā fecit abſcōderet: ut opiat' illd': qd' deus i hoie formauit: & cōſpiciat' deſup id qd' diabolus adinuenit. An uulnera inferri auribus deus uoluit: q̄bus innocēs adhuc infantia & mali ſæcularis ignara cruciet': ut poſtea de auriū cicatricibus & cauernis precioſa depēdeat gemma: & ſi nō ſuo pōdere mercium q̄titate? Q uæ oia peccatores & apoſtatæ angeli ſuis artibus p̄diderunt: q̄do ad terrena cōtagia deuoluti: a cæleſti uigore receſſerūt. Illi & oculos circunducto nigrore fucare: & genas mendacio ruboris inficere: & mutare adulterinis coloribus crinem: & expugnare omnē oris & capitis ueritatē corruptelæ ſuæ īpugnatione docuerūt. Et qui dē iſto i loco p̄ timore: quē nobis fides ſuggerit: p̄ dilectione quā fraterni/tas exigit nō uirgines tantū & uiduas: ſed & nuptas puto: & oēs feias oīno ammonēdas: qd' opus dei & factura eius & plaſtica adulterari nullo mō debeat: adhibito flauo colore: uel nigro puluere: uel rubore: aut quolibet deniq; liniamēta natiua corrūpēte medicamine. Dicit deus faciamus hominē ad imaginē & ſimilitudinē noſtrā: & audet quiſq̄ mutare & cōuertere quod deus fecit? Manus deo inferūt: q̄do illud quod ille formauit: reformare & tranſfigurare contēdunt: neſcientes qa opus dei eſt oē quod naſcitur: diaboli quodcunq; mutat'. Si qs pingendi artifex uultū alicuius & ſpeciē: & corps qualitatē emulo colore ſignificaſſet: & ſignificato iā cōſummatoq; ſimulacro: manus alicuius afferret: iā formata iam picta quaſi peritior reformaret: grauis prioris artificis iniuria & iuſta indignatio uideret'. Tu te exiſtimas impune laturā tā improbe temeritatis audaciam? Dei artificis offenſam? Et ſi impudica circa hoīes & inceſta fucis lenocinantibus nō ſis: corruptis uiolatiſq; quæ dei ſūt: peior adultera detineris. Q uod ornari te putas: q̄ putas comi: impugnatio eſt iſta diuini operis: præuaricatio eſt ueritatis. Monentis Apoſtoli uox ē. Expurgate uetus furmentū: ut ſitis noua cōſpſio ſicut eſtis azimi. Nā & paſcha noſtrū immolatus eſt Chriſtus. Itaq; feſta celebremus: nō in fermento ueteri: neq; in fermēto maliciæ & neqtiæ: ſed in azimis ſinceritatis & ueritatis. Nū ſinceritas pſeuerat & ueritas: quā do quæ ſincera ſūt polluunt' colo; adulteriis: medicaminū fucis i mendaciū uera mutant'? Dominus tuus dicit: nō potes facere capillū unū album aut nigrū: & tu ad uincendā domini tui uocē uis te eſſe potiorem? Audaci

conatu & ſacrilego contẽptu chrines tuos ificis: malo preſagio futuroꝝ ca
pillos iã tibi flãmeos auſpicaris: & peccas proh nefas: capite. i. corporis p̃
te meliore. Et cũ ſcriptũ ſit de domino. caput autẽ eius & capilli erant albi
uelut lana aut nix: tu execraris canicieẽ: deteſtaris alborem: q̃ ſit ad domini
caput ſimilis? nõ metuis oro quæ talis es: ne cum reſurrectiõis dies uenerit:
artifex tuus te nõ recognoſcat? ad ſua præmia & p̃miſſa uenientẽ remoue
at & excludat increpãs uigore cenſoris & iudicis dicat: opus hoc meũ non
eſt: nec hæc imago noſtra eſt: cutẽ falſo medicamine polluiſti: crinẽ adulte
ro colore mutaſti: expugnata eſt mẽdacio facies: figura corrupta ẽ: uultus
alienus ẽ: deũ uidere nõ poteris: q̃do oculi tibi nõ ſint: quos deus fecit: ſed
quos diabolus infecit. Illũ tu ſectata es: rutilos atq; depictos oculos ſerpen
tis imitata es: de inimico tuo cõpta cũ illo pariter arſura Hæc oro nõ cogi
tanda ſunt dei ſeruis? non die ſemper ac nocte metuenda? Viderint quid ſi
bi nuptæ per placendi ſtudiũ de coniugũ ſolatio blandiat̃: quos dũ in ex
cuſationem ſuã p̃ferunt: ad ſocietatẽ criminoſe conſenſionis aſciſcũt. Vir
gines certe q̃bus iſte ſermo nũc cõſulit: quæ ſe eiuſmodi artibus cõpſerint:
inter uirgines nõ putẽ debere numerari: ſed tã q̃ cõtactas oues & morbidas
pecudes a ſancto & puro grege uirginitatis arceri: ne contagio ſuo cæteras
polluant: dũ ſimul degunt: ne p̃dant alias: quæcũq; p̃ierunt. Et quoniã cõ
tinentiæ bonũ quærimus: p̃nitioſa quæq; & infeſta uitemus. Nec illa præ
tereo: quæ dum negligentia in uſum ueniunt: cõtra pudicos & ſobrios mo
res licentia ſibi de uſurpatione fecerunt. Q uaſdã non putet nubentibus in
tereſſe: & inter illã laſciuientiũ libertatẽ ſermonũ colloquia iceſta miſcere:
audire quod nõ decet: q̃d nõ licet dicere obſeruare: & eẽ præſentes iter uer
ba turpia & temulenta cõuiuia: q̃bus libidinũ fomes accendit̃: ſponſa ad
patriã ſtupri ad audaciã ſponſus animat̃. Q uis illi i nuptiis locus ẽ: cuius
animus ad nuptias non ẽ? Aut uoluntarie illic & læte eſſe quæ poſſunt: ubi
& ſtudia & uota diuerſa ſunt? Q uid illic diſcit̃ q̃d uidetur? Q uantũ a pro
poſito ſuo uirgo deficit: q̃tum impudicicior quæ uenerat pudica diſcedit?
Corpore licet uirgo ac mente p̃maneat: oculis: auribus: lingua minuit illa:
quod habebat. Q uid uero quæ promiſcuas balneas adeũt: quæ oculis ad
libidinẽ curioſis pudori ac pudicicie corpora dicata p̃ſtituunt: quæ cũ ui
ris atq; a uiris nudent: uident turpiter ac uidentur? Nonne ipſe illecebram
uitiis preſtant? Nõ ad corruptelam & iniuriã ſuã deſideria preſentiũ ſollici
tãt & iuitãt? Viderit inqs qua illuc mẽte q̃s ueniat: Mihi tantum reficiendi
corpuſculi cura eſt & lauandi. Non te purgat iſta defenſio: nec laſciuiæ &
petulantiæ crimẽ excuſat. Sordidat lauatio iſta nõ abluit: nec emũdat me
bra: ſed maculat. Impudice tu neminẽ cõſpicis: ſed ipſa cõſpiceris. Impu

dice oculos tuos turpi oblectatione nō polluis: ſed dū oblectas alios: ipſa pollueris. Spectaculum de lauacro facis. Theatra ſunt fœdiora quo cōuenis. Verecundia illic oīs exuit. Simul cū amictu ueſtis honor corpis ac pudor ponit: denotanda & contrectanda uirginitas reuelat. Iā nunc cōſidera an cū ueſtita ē uerecūda ſit iter uiros talis: quæ ad iuerecundiā ꝓficit audacia nuditatis. Sic ergo Eccleſia frequēter uirgies ſuas plāgit. ſic ad infames eaꝝ ac deteſtabiles fabulas ingemiſcit. Sic flos oīs uirginū extinguit: honor cōtinentiæ ac pudor ponitur: gloria oīs ac dignitas profanat. ſic ſe expugnatus inimicus ꝑ artes ſuas inſerit. ſic inſidiis per occulta fallētibus diabolus obrepit. Sic dū ornari cultius: dum liberius euagari uirgines uolūt: eſſe uirgines deſinunt: furtiuo dedecore corruptæ: uiduæ āteq̄ nuptæ: non mariti ſed Chriſti adulteræ. q̄ fuerāt præmiis ingētibus uirgines deſtinādæ: tā magna ſupplicia ꝑ amiſſa uirginitate ſenſuræ. Audite igit uirgines ut parentē: audite quæſo uos timentē pariter ac monentē: audite utilitatibus & cōmodis ueſtris fideliter cōſulentem. Eſtote tales quales uos artifex deus fecit. Eſtote tales quales uos manus patris inſtituit. Maneat in uobis facies incorrupta: ceruix pura: forma ſincera. Nō inferant auribus uulnera: nec brachia icludat aut colla de armillis & monilibus precioſa cathena. Sint a cōpedibus aureis pedes liberi. Crines nullo colore fucati. oculi cōſpiciendo deo digni. Celebrent lauacra cū feis: quaꝝ in uos pudica lauatio ē. Nuptiaꝝ feſta improba & conuiuia laſciua uitent: quoꝝ piculoſa cōtagio eſt. Vince ueſtē: quæ uirgo es. Vince aurū: quæ carnē uincis & ſæculum. Non eſt eiuſdē nō poſſe a maioribus uinci: & imparē minoribus inueniri. Arcta & anguſta ē uia: quæ ducit ad uitā. Durus & arduus limes: qui tendit ad gloriā. Per hunc uiæ limitē Martyres pergunt: eunt uirgines: iuſti qq̄ gradiunt. Lata & ſpatioſa itinera uitæ lætalis. Illic illecebræ & mortiferæ uoluptates. Illic diabolus blanditur: ut fallat. arridet: ut noceat. illicit: ut occidat. Primus cū centeno martyrū fructus eſt. Secundus ſexagenarius ueſter eſt. Vt apud martyres nō eſt carnis & ſæculi cōtagio: nec pua & leuis & delicata congreſſio: Sic & i nobis: q̄rū ad gratiā merces ſecunda eſt: ſit & uirtus ad tolerantiam ꝓxima. Non eſt ad magna facilis aſcenſus. Quem ſudorem ꝑpetimur quē laborem: cum conamur aſcendere colles & uertices montiū? Quid ut aſcendamus ad cælum? Si præmiū pollicitationis attendas: minus eſt quod laboras. Immortalitas ꝑſeueranti datur: perpetua uita promittit: regnū dominus pollicetur. Seruate uirgines ſeruate quod eē cœpiſtis: ſeruate quod debetis magna uos merces manet: præmiū grande uirtutis: munus maximum caſtitatis. Vultis ſcire quo malo careat: & quid boni teneat continentiæ uirtus? Multiplicabo inquit mulieri deus

triſticias tuas: & gemitus tuos: & i triſticia paries filios: & conuerſio tua ad uirũ tuũ: & ipſe tui dominabitur. Vos ab hac ſententia libere eſtis: uos mu lierũ triſticias & gemitus nõ timetis. Nullus uobis de ptu circa filios metus eſt: nec maritus eſt dominus. Dominus ueſter & caput chriſtus eſt: adinſtar & uicẽ maſculi: ſors uobis & cõditio cõmunis ẽ. Domini uox eſt illa dicen/ tis: Filii ſæculi huius generant & generanť. Q ui autẽ habuerit dignationẽ ſæculi illius & reſurrectionis a mortuis: nõ nubũt neq; matrimoniũ faciũt. Neq; enim incipient mori. Aequales enĩ ſũt angelis dei: cũ ſint filii reſurre ctionis. Q uid futuri ſumus: iã uos eſſe cæpiſtis. Vos reſurrectionis gloriã in iſto ſæculo iã tenetis. Per ſæculũ ſine ſæculi cõtagione tranſitis. Cum ca ſte pſeueratis & uirgines: angelis dei eſtis æquales. Tantũ maneat & duret ſolita & illeſa uirginitas: & ut cœpit fortiter iugiter pſeueret: Nec moniliũ aut ueſtiũ quærat ornatum: ſed morum. Dũ ſpectet & cælum: neq; oculos ad ſublime porrectos ad carnis & mundi concupiſcentiam deprimat & ad terrena deponat. Prima ſententia creſcere & generare præcepit. Secunda ad cõtinentiã ſuaſit. Cũ adhuc rudis mũdus & inanis ẽ copia: fecunditate generante ꝓpagamur & creſcimus ad humana generis augmentũ. Cũ iã re fertus ẽ orbis & mundus ĩpletus: q capere cõtinentiã poſſunt ſpadonũ mo re uiuentes caſtranť ad regnũ. Nec hoc iubet dominus: ſed hortať: nec iu gũ neceſſitatis ĩponit: quãdo maneat uoluntatis arbitriũ liberũ. Sed cum habitationes multas apud patrẽ ſuum dicat: melioris habitaculi hoſpicia demonſtrat: habitacula iſta meliora uos petitis: carnis deſideria caſtrãtes: maioris gratiæ primũ in celeſtibus obtĩetis. Oẽs qdem: q ad diuinũ munus & patrimoniũ baptiſmi ſanctificatione pueniunt: hominẽ illic ueterẽ gra/ tia lauacri ſalutaris exponunt: & innouati ſpũ ſancto a ſordibus cõtagiõis antiquæ iterata natiuitate purgãť. Sed natiuitatis iteratæ uobis maior ſã ctitas & ueritas competit: quibus deſideria iam carnis & corpis nulla ſũt. Sola in uobis quæ ſunt uirtutis & ſpiritus ad gloriam: remãſerunt. Apoſto li uox eſt: quem dominus uas electionis ſuæ dixit: quem ad promenda mã data cæleſtia deus miſit. Primus hõ inquit de terræ limo: ſecundus e cœlo: Q ualis ille e limo: tales & q de limo. Et q̃lis celeſtis tales & celeſtes. Q uõ portauimus imaginem eius: qui de limo eſt: portemus & imaginem eius: q de cœlo ẽ. Hãc imaginẽ uirginitas portat: portat integritas: ſanctitas por tat & ueritas. Portant diſciplinæ dei memores: iuſticiã cũ religione retinen tes: ſtabiles in fide: humiles ĩ timore: ad omnẽ tolerantiã fortes: ad ſuſtinẽ/ dã iniuriã mites: ad faciendã miſericordiã faciles: fraterna pace unanimes atq; concordes. Q uæ uos ſingula o bonæ uirgines obſeruare: diligere: im plere debetis: quæ deo & chriſto uacantes ad dominum: cui uos dicaſtis &

maiore & meliore parte preceditis. Prouectæ annis: iunioribus facite magi
ſterium. Minores natu: prebete comparibus incitamentum. Hortamentis
uos mutuis excitate: emulis de uirtute documẽtis ad gloriam prouocatæ.
Durate fortiter: ſpiritualiter pergite: peruenite feliciter. Tantum memen-
tote tunc noſtri: cum incipiet in uobis uirginitas honorari.

Epiſtola Beati Cypriani ad Cæcilium de ſacramento Do minici Calicis
docens per multas patrum ueteris teſtamenti ſimilitudines & prophetarũ
teſtimonia hoc ante fuiſſe ſignificatum. Nec calicẽ cum aqua ſine uino re-
cte offerri: nec uinum abſq; aqua iuxta chriſti traditionem cõſecrari poſſe.

Yprianus Cæcilio fratri ſalutem. Q uãq̃ ſciã frater cariſſime Epiſco
pos plurimos Eccleſiis dominicis in toto mundo diuina dignatione
præpoſitos euangelicæ ac dominice ueritatis tenere rationẽ: Nec ab eo qđ
chriſtus magiſter & præcepit & geſſit: humana & nouella inſtitutione dece
dere: tamẽ quoniã q̃dã uel ignorãter uel ſimpliciter ĩ calice dominico ſãcti
ficãdo: & plebi miniſtrando nõ hoc faciũt: qđ Ieſus Chriſtus domĩus & de
us noſter ſacrificii huius auctor & doctor fecit & docuit: Religioſum piter
ac neceſſariũ duxi ad te litteras facere: ut ſi qs ĩ iſto errore adhuc tenebat̃:
ueritatis luce p̃ſpecta ad radicẽ atq; originẽ traditionis dominicæ reuerta-
tur. Nec hoc putes frater cariſſime noſtra & hũana mẽte cõſcribere: aut ul
tronea uoluntate hoc nobis audaciter aſſumere: cũ mediocritatẽ noſtrã ſẽ-
p̃ humili & uerecũda moderatione teneamus. Sed q̃do aliq̃d deo inſpirãte
& mandante præcipiẽ̃: neceſſe ẽ domino ſeruus fidelis obtemperet: excuſa
tus apud oẽs q̃ nihil ſibi arroganter aſſumat: q̃ offenſã domini timere com
pelliẽ̃: niſi faciat qđ iubetur. Admonitos autem nos ſcias: ut ĩ calice offerẽ
do dominica traditio ſerueẽ̃: neq; aliud fiat a nobis: q̃ quod pro nobis do-
minus prior fecit. Vt calix q̃ in cõmemorationẽ eius offertur: mixtus uino
offeratur. Nam cum dicat chriſtus ego ſum uitis uera: ſanguis chriſti non
aqua eſt utiq; ſed uinũ. Nec poteſt uideri ſanguis eius: quo redempti & ui-
uificati ſumus: eſſe ĩ calice q̃do uinũ deſit calici: quo chriſti ſanguis oſtẽdi
tur: q̃ ſcripturaꝝ omniũ ſacramento ac teſtimonio prædicatur. Inuenimus
enim & in Geneſi ſacramentũ circa Noe hoc idẽ precucurriſſe: & figuram
dominicæ paſſionis illic extitiſſe: q̃ uinum bibit: q̃ inebriatus eſt. Q uod ĩ
domo ſua nudatus ẽ. Q uod fuit recubans nudis & patentibus femoribus.
Q uod nuditas illa patris a medio filio denotata eſt: & foras nũtiata a duo
bus uero maiore & minore cõtecta. Et cætera quæ neceſſe nõ ẽ exequi: cum
ſatis ſit hoc cõplecti: q̃ Noe typũ futuræ ueritatis oſtendẽs: nõ aquam ſed

uinū biberit: & ſic imaginē dominicæ paſſionis expreſſerit. Itē in ſacerdo/
te Melchiſedech ſacrificii dominici ſacramentū prefiguratū uidemus: ſecū
dum q̄ ſcriptura diuina teſtat & dicit. Ecce & Melchiſedech Rex Salem p̄
tulit panē & uinū. Fuit autem ſacerdos dei ſummi: & benedixit Abraham.
Q uod autē Melchiſedech typū Chriſti portaret: declarat ſpūs ſanctus in
pſalmis ex pſona patris ad filiū dicens. Ante luciferū genui te. Iurauit do/
minus & nō penitebit eū. Tu es ſacerdos in æternū ſecundū ordinē Melchi
ſedech. Q ui ordo utiq; hic ē de ſacrificio illo ueniens & inde deſcēdens: q̄
Melchiſedech ſacerdos dei ſūmi fuit: q̄ panē & uinum obtulit. Q uod Ab
rahā benedixit. nā q̄ magis ſacerdos dei ſūmi: q̄ dominus noſter Ieſus chri
ſtus: q̄ ſacrificium deo patri obtulit? Et obtulit hoc idem quod Melchiſe/
dech obtulerat id eſt panem & uinum: ſuum ſcilicet corpus & ſanguinem.
Et circa Abraham benedictio illa precedens: ad noſtrum populum pertine
bat. Nam ſi Abraham deo credidit & deputatum eſt ei ad iuſticiam: utiq;
q̄ſquis deo credidit & fide uiuit: iuſtus inuenitur: & iā pridē in abraham fi
deli benedictus & iuſtificatus oſtēditur: ſicut Beatus Paulus Apoſtolus p̄/
bat dicens. Credidit abraham deo: & deputatum ē ei ad iuſticiam. Cogno
ſcitis ergo quia q̄ ex fide ſunt: hi ſunt filii abrahæ. Præuidēs autem ſcriptu
ra quia ex fide iuſtificat deus gentes prenuntiauit abrahæ: quia benedicē
in illo omnes gentes. Igitur qui ex fide ſunt: benedicentur cum fideli Abra
ham. Vnde in Euangelio inuenimus de lapidibus excitari: id eſt de genti/
bus colligi filios abrahæ. Et cum zacheum laudaret dominus: reſpondit &
dixit. Salus hodie domui huic facta eſt: quia & hic filius eſt Abrahæ. Vt er
go in Geneſi per Melchiſedech ſacerdotem benedictio circa abraham poſ
ſit rite celebrari: precedit ante imago ſacrificii in pane & uino: ſcilicet con
ſtituta. Q uam rem perficiens & adimplens dominus: panem & calicem mi
xtum uino obtulit: & qui eſt plenitudo ueritatem prefiguratæ imaginis ad
impleuit. Sed & per Salomonem ſpūs ſanctus typum dominici ſacrificii
præmonſtrat immolatæ hoſtiæ & panis & uini: ſed & altaris & apoſtolorū
faciēs mētionem. Sapiētia inq̄t ædificauit ſibi domū: & ſubdidit colūnas
ſeptē. Mactauit ſuas hoſtias: miſcuit ī craterę uinū ſuū: & pauit mēſā ſuā.
Et miſit ſeruos ſuos cōuocans cū excelſa prædicatōe ad craterē dicēs. Q ui
ē iſipiens declinet a me: & indigentibus ſenſu dixit. Venite & edite d̄ meis
panibus: & bibite uinum quod miſcui uobis. Vinum mixtum declarat id
eſt calicem domini aqua & uino mixtum prophetica uoce denuntiat: ut ap
pareat in paſſione dominica id eſſe geſtum: quod fuerat prædictum. In
benedictione quoq; Iudæ hoc idem ſignificatur: ubi & illic Chriſti figu/
ra exprimitur: q̄ a fratribus ſuis laudari: & adorari haberet: q̄ inimi/

corum dorſa cedentium atq; fugientium manibus: quibus crucem pertulit & mortem uicit: compreſſurus fuiſſet: q̄ ipſe ſit leo d̄ tribu iuda: & recubet dormiēs ī paſſione & ſurgat: & ſit ipſe ſpes gentiū: q̄bus ſcriptura diuina adiungit & dicit. Lauabit ī uino ſtolā ſuā: & in ſanguine uuæ amictū ſuum: Quando autē ſanguis uuæ dicit̄ : q̄d aliud q̄ uinum calicis dominici ſanguis oſtenditur? Nec nō & apud ueſaiā hoc idē & ſpiritus ſanctus de domini paſſione teſtat̄ dicens. Quare rubicunda ſunt ueſtimēta tua : & indumenta tua uelut a calcatione torcularis pleni & pcalcati? Nunq̄d rubicūda ueſtimenta aqua pōt facere? aut ī torculari aqua ē : quæ pedibus calcat̄ uel prælio exprimit̄? Vini utiq; mētio eſt: & iō ponitur ut domini ſanguis uino intelligatur. Et q̄d̄ in calice dominico poſtea manifeſtū ē prophetis annunciantibus prædicat̄. Torcularis quoq; calcatio & præſſura taxatur: qa quō ad potandum uinum ueniri non pōt niſi botrus calcetur āte & præmatur: ſic nec nos ſanguinem chriſti poſſemus bibere : niſi Chriſtus calcatus prius fuiſſet & præſſus: & calicē prior biberet ī quo credentibus ꝓpinaret. Quo tienſcūq; autē aqua ſola in ſcripturis ſanctis nominat̄ : baptiſma prædicatur: ut ap̄d̄ Heſaiā ſignificari uidemus. Nolite īq̄t priora meminiſſe: & antiqua nolite reputare. Ecce ego facio noua: quæ nunc orient̄: & cognoſcetis: & faciam in deſerto uiā: & flumina ī loco inaquoſo adaquare genus meum electū: plebem meam quā acq̄ſiui: ut uirtutes meas exponeret. Prænuntiauit illic per Prophetam deus: q̄ apud gentes ī locis: quæ inaquoſa prius fuiſſent: flumina poſtmodū redundarent: & electū genus dei : id eſt per regenerationē baptiſmi filios dei factos adaquarent. Itē denuo præcanitur: & ante prædicit̄ Iudeos: ſi ſitierint & dominū Chriſtū quæſierit: apud nos eſſe potaturos: id eſt baptiſmi gratiā cōſecuturos. Si ſitierint inquit per deſerta: adducet illis aquam de petra producet illis. Findetur petra & fluet aqua: & bibet plebs mea. Quod in euangelio adimpletur: quando Chriſtus qui eſt petra finditur ictu lanceæ in paſſione. Qui & admonens quid per Prophetam ſit ante prædictum clamat: & dicit. Si quis ſitit: ueniat: & bibat. Qui credit in me ſicut dicit ſcriptura : flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Atq; ut magis poſſit eſſe manifeſtum : quia non de calice : ſed de baptiſmo illic loq̄t̄ dominus addidit ſcriptura dicens. Hoc āt dixit de ſpū: quē accepturi erāt: q in eū credebāt. Per baptiſma enī ſpūs ſāctus accipit̄ : & ſic a baptizatis & ſpiritū ſanctū cōſecutis ad bibendū domini calicē ꝓuenitur. Neminē autem moueat q̄ cū de baptiſmo loquat̄ ſcriptura diuina: ſitire nos dicit & bibere: quādo & dominus in Euangelio dicat. Beati eſurientes & ſitientes iuſticiam: quia quod auida & ſitienti cupiditate ſuſcipit̄ : plenius & uberius haurit̄. ſicut & alio loco ad Samaritanā mulierē

dominus christus loquitur dicens. Omnis qui biberit ex aqua ista sitiet ite
rum. Qui autem biberit ex aqua: quam ego dedero non sitiet inæternum.
Quo & ipso baptisma salutaris aquæ significat: quod semel scilicet sumi/
tur nec rursus iteratur. Cæterũ in Ecclesia calix domini semp sititur: & bi/
bitur. Nec argumentis plurimis opus est frater carissime: ut ꝓbemus appel
latione aquæ baptisma significatũ semp esse: & sic nos intelligere debere q̃
do dominus adueniẽs baptismi & calicis manifestauerit ueritatem: q̃ aquã
illã fidelem: aquam uitæ æternæ præcepit ĩ baptismo dari: calicẽ uero do/
cuerit exẽplo magisterii sui uini & aquæ cõiunctione misceri. Calicẽ & enĩ
sub die passionis accipiens benedixit: & dedit discipulis suis dicens. Bibi/
te ex hoc omnes: hoc est enim sanguis noui testamenti: qui pro multis effũ
detur in remissionem peccatoꝝ. Dico uobis nõ bibam amodo ex ista crea/
tura uitis usq; in diem illũ: quo uobiscum bibam nouũ uinum in regno pa/
tris mei. Qua ĩ parte inuenimus calicem mixtum fuisse: quẽ dominus ob/
tulit: & uinũ fuisse: quod sanguinem suum dixit. Vnde appet sanguinem
christi non offerri si desit uinũ calici. Nec sacrificiũ dominicũ legitima san
ctificatione celebrari: nisi oblatio & sacrificium nostrum responderit pas/
sioni. Quomodo aũt de creatura uitis nouum uinum cum Christo ĩ regno
patris bibemus: si ĩ sacrificio dei patris & Christi uinum nõ offerimus? nec
calicẽ domini dominica tradictõe miscemus. Beatus quoq; Apostolus Pau
lus a domino electus & missus: & prædicator. Euangelicæ ueritatis consti
tutus: hæc eadem ĩ Epistola sua ponit dicens. Dominus iesus in qua nocte
tradebatur: accepit panem & gratias egit & fregit & dixit. Hoc est corpus
meum quod ꝓ uobis tradetur: Hoc facite & uos in meam commemoratio
nem. Simili modo & calicem postq̃ cænatum est accepit dicens. Hic calix
nouum testamentum est in meo sanguine. Hoc facite quotienscunq; biberi
tis in meam commemorationem. Quotienscunq; enim ederitis panem istũ
& calicem biberitis: mortẽ domini annũtiabitis quoadusq; ueniat. Quod
si & ab domino præcipitur: & ab apostolo eius hoc idem cõfirmatur & tra
ditur: ut quotienscunq; biberimus in commemorationem domini hoc fa/
ciamus: quod fecit & dominus: inuenimus non obseruari a nobis quod mã
datum est: nisi eadem: quæ dominus fecit: nos quoq; faciamus. Et calicem
pari ratione miscentes a diuino magisterio non recedamus. Ab Euangeli/
cis autem præceptis omnino recedendum non esse: & eadem quæ magister
docuit & fecit: discipulos quoq; obseruare & facere debere constantius &
fortius alio in loco Beatus Apostolus docet dicens. Miror ꝙ sic tam cito
demutamini ab eo: qui uos uocauit in gratiam: ad aliud Euangelium:
quod non est aliud nisi sunt aliqui: qui uos turbant & uolunt conuertere

Euãgelium Chri. Sed licet nos aut angelus de cælo aliter anũtiet: præterq̃ quod annuntiauimus uobis: anathema ſit. Sicut prediximus & nunc iterũ dico. Si quis uobis annuntiauerit: præterq̃ quod accepiſtis: anathema ſit. Cum ergo neq; ipſe Apoſtolus: neq; angelus de cælo annuntiare poſſet aliter aut docere: præterq̃ quod ſemel Chriſtus docuit: & Apoſtoli eius annũtiauerũt: miror ſatis unde hoc uſurpatũ ſit: ut cõtra Euãgelicã & apoſtolicam diſciplinã q̃buſdã in locis aqua offeratur ĩ dominico calice: quæ ſola Chriſti ſanguinẽ nõ poſſit exprimere. Cuius rei ſacramentũ nec in pſalmis tacet ſpiritus ſanctus: faciens mẽtionẽ dominici calicis & dicens. Calix tuus inebrians perq̃ optimus. Calix autẽ q̃ inebriat: utiq; uino mixtus ẽ. Neq; enĩ aqua inebriare quẽq̃ poteſt. Sic ãt Calix dominicus inebriat: ut & noe ĩ geneſi uinũ bibens inebriatus ẽ. Sed q̃a ebrietas dominici calicis & ſanguinis nõ eſt talis: qualis eſt ebrietas uini ſæcularis: cũ diceret ſpiritus ſanctus in pſalmo. Calix tuus inebrians: addidit perq̃ optimus: q̃ ſcilicet calix dominicus ſic bibentes inebriat: ut ſobrios faciat: ut mentes ad ſpiritalẽ ſapiẽtiam redigat: ut a ſopore iſto ſæculari ad intellectũ dei unuſq̃ſq; reſipiſcat: & quẽadmodũ uino iſto cõmuni mẽs ſoluit̃: & anima relaxatur: & triſticia omnis exponit̃: ita & potato ſanguine domini & poculo ſalutari exponat̃ memoria ueteris hominis: & fiat obliuio cõuerſationis priſtinæ ſæcularis: & mæſtum pectus ac triſte: quod priùs peccatis angẽtibus premebat̃: diuinæ indulgentiæ læticia reſoluatur. Quod tunc demũ põt lætificare in Eccleſia domini bibentẽ: ſi quod bibitur: dominicam teneat ueritatem. Quã uero peruerſum eſt: q̃q; contrarium: ut cum dominus in nuptiis de aqua uinum fecerit: nos de uino aquã faciamus: cũ ſacramentũ quoq; rei illius admonere & inſtruere nos debeat: ut in ſacrificiis dominicis uinum potius offeramus. Nam quia apud iudeos defecerat gratia ſpiritalis: defecit & uinum. Vinea enim domini Sabaoth domus erat Iſrahel. Chriſtus autem docens & oſtendens gentiũ populũ ſuccedere: & in locum quem Iudei perdiderant: nos poſtmodum merito fidei peruenire: de aqua uinum fecit: id eſt qđ ad nuptias chriſti & Eccleſiæ iudeis ceſſantibus plebs magis gentiũ confluereret & cõueniret: oſtendit. Aquas nãq; populos ſignificare ĩ apocalypſi ſcriptura diuĩa declarat dicẽs. Aquæ q̃s uidiſti: ſuper q̃s ſedet meretrix illa populi: & turbæ & gẽtes ethnicoꝝ ſũt & liguæ. Quod. ſ. pſpicimus & ĩ ſacramẽto dominici calicis cõtineri. Nã q̃a nos oẽs portabat Chriſtus: qui & peccata noſtra portabat: Videmus in aqua populũ intelligi: in uino oſtendit ſanguinem Chriſti. Quando autem in calice uino aqua miſcetur. Chriſto populus ãdunatur: & credentium plebs ei: ĩ quẽ credidit: copulatur & iungitur. Quæ copulatio & coniunctio aquæ & uini ſic miſcetur in calice

domini: ut cõmixtio illa nõ possit abinuicem separi. Vnde ecclesiam. i. plebẽ in ecclesia cõstitutã fideliter & firmiter in eo: qd credidit: pseuerantem: nulla res separe poterit a Christo: quominus hæreat semp & maneat i diuia dilectione. Sic ãt i sanctificãdo calice domini offerri aqua sola nõ põt: quõ nec uinũ solũ potest. Nã si uinũ tantũ qs offerat: sanguis Christi incipit eẽ sine nobis. Si uero aqua sit sola: plebs icipit esse sine Christo. Quando ãt utrunq; miscet & adunatione confusa sibi inuicem copulatur: tunc sacramentum spiritale & cæleste pficit. Sic uero Calix domini non ẽ aqua sola: aut uinũ solũ: nisi utrunq; sibi misceat: quõ nec corpus domini põt esse farina sola: aut aqua sola: nisi utrunq; adunatũ fuerit & copulatum: & panis unius cõpagæ solidatũ. Quo & ipso sacramento populus noster ostẽditur adunatus: ut quẽadmodũ grana multa i unũ collecta: & cõmolita: & cõmixta: panẽ unũ faciunt: sic in christo: q est panis cælestis: unũ sciamus eẽ corpus: cui coniunctus sit noster numerus & adunatus. Nõ est ergo frater carissime q; aliqs existimet sequendã esse quorundã consuetudinẽ: si q in præteritũ in calice dominico aquã solã offerendã putauerunt. Quærendũ est enĩ: ipsi quẽ sint secuti. Nã si i sacrificio: quod Christus est: nõ nisi christus sequendus ẽ: utiq; id nos obaudire & facere oportet: qd Christus fecit. Et quod faciendũ eẽ mandauit: quãdo ipse i euangelio suo dicat. Si feceritis qd mando uobis: iã non dico uos seruos sed amicos. Et q; Christus debeat solus audiri: pater etiã de cælo cõtestatur dicẽs. Hic est filius dilectissimus in quo bene sensi: ipsũ audite. Quare si solus christus audiendus est: nõ debemus attenderre qd aliqs ante nos faciendũ putauerit: sed qd: q ante oẽs est: Christus prior fecerit. Neq; enĩ hominis consuetudinẽ seq oportet: sed dei ueritatẽ: cũ per hesaiam prophetã deus loquat & dicat. sine causa autẽ colunt me: mãdata & doctrinas hominũ docẽtes. Et iterũ dominus in euãgelio hoc idẽ repetat dicens. reiicitis mandatũ dei: ut traditonẽ uestrã statuatis. Sed & alio i loco ponit & dicit. Qui soluerit unum ex mãdatis istis minimis: & sic docuerit hoies: minimus uocabit in regno cælorũ. Quod si nec minima de mãdatis dominicis licet soluere: q̃tomagis tã magna tã grãdia: Tã ad ipsũ dominice passiõis & nr̃æ redẽptiõis sacramẽtũ ptinẽtia fas nõ ẽ infringere. Aut i aliud: q̃ qd diuinitus ĩstitutũ sit: hũana traditiõe mutare. Nã si iesus christus dominus & deus noster ipse ẽ sũmus sacerdos dei pr̃is: & sacrificiũ deo patri ipse primus obtulit: & hoc fieri i sui cõmoratione præcepit: utiq; ille sacerdos uice Christi uere fungit: q id qd christus fecit imitat. Et sacrificiũ uerum & plenũ tunc offert in Ecclesia deo patri: si sic incipiat offere: secũdum q; ipsum Christum uideat obtulisse: Cæterum omnis religionis & ueritatis disciplina subuertitur: nisi id quod spiritaliter

præcipiť: fideliter reſerueť: niſi ſi in ſacrificiis matutis hoc quis uereatur: ne p ſaporē uini redoleat ſanguinē Chriſti. Sic ergo ĩcipit & a paſſiõe Chriſti ĩ pſecutionibus fraternitas retardari: dū ĩ oblationibus diſcit de ſãguie eius & cruore cõfūdi. Porro ãt dominus ĩ Euãgelio ſuo dicit. Q ui cõfuſus me fuerit: cõfūdet eū filius hois. Et apoſtolus quoq; loqť dicens. Si hoibus placerē: chriſti ſeruus nõ eſſē. Q uõ autē poſſumus ꝓpter chriſtū ſanguinē fundere: q ſanguinē chriſti erubeſcimus bibere? An illi ſibi aliqs cõtẽplatione blãdiť: q; & ſi mane aqua ſola offerri uideť tamē cū ad cœnãdū uenimus mixtū calicē offerimus? Sed cū cœnamus ad cõuiuiū noſtrū plebē cõuocaĩ nõ poſſumus: ut ſacramenti ueritatē fraternitate oĩ præſente celebremus. At enĩ nõ mane ſed poſt cœnã mixtū calicē obtulit dominus. Nunqd ergo dominicū poſt cœnã celebrare debemus: ut ſic mixtū calicem frequẽtandis dominicis offeramus? Chriſtū offerre oportebat circa ueſperam diei: ut hora ipſa ſacrificii oſtẽderet occaſū & ueſperã mūdi: ſicut ĩ Exodo ſcriptū ẽ: Et occidẽt illū omne uulgus ſynagogæ filioꝝ iſrahel ad ueſperã. & iterū in pſalmis. Alleuatio manuū meaꝝ ſacrificiū ueſpertinū. Nos autē reſurrectionẽ domini mane celebremus. Et qa paſſionis eius mẽtionẽ ĩ ſacrificiis omnibus facimus (paſſio ẽ enĩ domini ſacrificiū quod offerimus) nihil aliud q̃ qď ille fecit facere debemus. Scriptura enĩ dicit. quotienſcūq; enim edetis panẽ iſtū: & calicē iſtū bibetis: mortẽ domini annũtiabitis quoaduſq; ueniat. Q uotienſcunq; ergo calicē ĩ cõmemorationem domini & paſſionis eius offerimus: id qď cõſtat dominū feciſſe: faciamus. Et uiderit frater cariſſime ſiqs de anteceſſoribus nr̃is: uel ignorãter uel ſimpliciter nõ hoc obſeruauit & tenuit: qď nos dominus facere exẽplo & magiſterio ſuo docuit: põt ſimplicitati eius de indulgẽtia domini uenia cõcedi. Nobis uero nõ poterit ignoſci: q nũc a domino admoniti & inſtructi ſumus: ut calicē dominicum uino mixtū: ſecūdū qď domius obtulit: offeramus: & de hoc quoq; ad Collegas nr̃os lr̃as dirigamus: ut ubiq; lex euãgelica & traditio dominica ſeruetur: & ab ẽo qď chriſtus & docuit & fecit: nõ recedať. Q uæ ultra iã conte nere: & in erore priſtino pſeuerare: qd aliud ẽ: q̃ ĩ currere ĩ obiurgationem domini ĩcrepantis ĩ pſalmo & dicẽtis. ad qd exponis iuſtificationes meas: & aſſumis teſtamentū meū p os tuū. Tu ãt odiſti diſciplinã: & abieceſti ſermones meos retro. Si uidebas furẽ cõcurrebas: & inter mechos pticulã tuã ponebas? Exponere enĩ iuſtificationes & teſtamentū domini: & nõ hoc idẽ facer̃ q; fecerit dominus: qd aliud ẽ: q̃ ſermones eius abiicere: & diſciplinã dominicã cõtẽnere: nec terrena ſed ſpiritalia furta & adulteria cõmittere: dõ qs de euangelica ueritate furatur domini noſtri uerba & facta: & corrũpit atq; adulterat præcepta diuina? ſicut apud Nieremiã ſcriptū eſt. Q uid

est inquit paleis ad triticū? propter hoc ecce ego ad Prophetas dicit dominus q furantur uerba mea unusqsq; a proximo suo: & seducunt populū meum ī mendaciis suis: & ī erroribus suis. Itē apud eundem alio loco. Et mechata est inquit lignum & lapidem: & in his omnibus nō est reuersa ad me. Quod furtū & adulterium ne ī nos etiam cadat: cauere sollicite & timide: ac religiose obseruare debemus. Nā si sacerdotes dei & christi sumus: nō in uenio quē magis sequi: q̄ deum & christum debeamus: q̄do ipse in Euangelio maxime dicat. Ego sum lumen mundi. Qui me secutus fuerit nō ambulabit in tenebris: sed habebit lumen uitæ. Ne ergo ī tenebris ābulemus. Christū seq & præcepta eius obseruare debemus: qa & ipse alio in loco mittens apostolos dixit. Data est mihi omnis potestas in cælo & in terra. Ite ergo & docete gentes omnes: tingentes eos in noīe patris & filii & spiritus sācti. Docete eos obseruare oīa quæcunq; præcepi uobis. Quare si ī lumine christi ambulare uolumus: a præceptis eius & monitis nō recedamus: agentes gratias quod dum instruit in futurum qd facere debeamus: de peccato ignoscit q; simpliciter errauimus. Et qa iā secundus aduentus nobis appropiquat magis ac magis benigna eius & larga dignatio corda nostra luce ueritatis illuminat. Religioni igit̄ nostræ congruit & timori: & ipsi loco atq; officio sacerdotii nostri frater carissime ī dominico calice miscēdo & offerēdo custodire traditionis dominicæ ueritatem: & quod prius apud quosdā uidet̄ erratum domino monente corrigere: ut cum in claritate sua & magiestate cælesti uenire cœperit: iueniat nos tenere quod monuit: obseruare qd̄ docuit: facere quod fecit. Opto te Frater carissime semper bene Valere.

Ad Moysem & maximū ac cæteros cōfessores de confessione eoꝝ ī qua docet quēadmodū per unius omni circulum cuncta ducuntur ad frugē: sic p annū quo carcerem ppessi fuerant ad æternā illos messem uenisse.

Yprianus Moysi & maximo & cæteris confessoribus in domino fratribus salutem. Et cunctos uos pariter & singulos repræsentauit affectibus nostris fratres carissimi Celerinus aduenies fidei ac uirtutis uestræ comes & gloriosis congressioribus dei miles. Vniuersos uos in illo ueniēte conspeximus: & cū caritatem circa me uestram dulciter ac sæpe loquereť: ī eius sermonibus uos audiebamus. Satis ac plurimū gaudeo: quādo nobis per tales talia perferuntur. Vobiscum illic in carcere quodāmodo & nos sumus: diuinæ dignationis hortamenta uobiscum sentire nos credimus: qui sic uestris cordibus inhæremus. Honori nos uestro caritas indiuidua connectit. Separari dilectionē spiritus nos sinit: uos illic cōfessio: me affectio

concludit. Et nos quidē uestri diebus ac noctibus memores: & q̄do in sacri
ficiis prccē cū pluribus facimus: & cū in secessu priuatis precibus oramus:
coronis & laudibus uestris plenā domini fauentiā postulamus. Sed ad red
dendam uobis uicē minor ē nostra mediocritas. Plus uos datis q̄do nostri i
oratione meministis: q̄ sperantes iā sola cælestia & tātū diuina meditātes:
ad fastigia celsiora mora ipsa passionis ascenditis. Lógoq; tēporum ductu
glorias uestras nō subtrahitis: sed augetis. Beatum facit prima & una con/
fessio. Vos totiens cōfitemini: quotiens rogati ut de carcere recedatis: car
cerē fide & uirtute præeligitis. Tot uestræ laudes: quot dies. Q uot mensi/
um curricula: tot incrementa meritorū. Semel uincit: q̄ statim patitur. At
qui manens semp in pœnis congredit' cum dolore nec uicitur: quottidie co
ronatur. Eant nunc magistratus & Consules siue Proconsules annuæ digni
tatis insignibus & duodecim fascibus glorient'. Ecce dignitas cælestis i uo
bis honoris annui claritate signata est. Et iā reuertentis anni uolubilem cir
culum uictricis gloriæ diuturnitate transgressa est. Illuminabat mundū sol
oriens & luna decurrens: sed uobis idem: q̄ solem fecit & lunā: maius i car
cere lumen fuit: & in corde ac mētibus uestris christi claritudo resplendēs:
horribiles carceris atq; funestas pœnalis loci tenebras æterna illa & cādida
luce radiauit. Per uicissitudines mensium transmeauit hybernus: sed uos i
clusi tempora hyemis persecutionis hyeme pēsabatis. Successit hyemi una
temperies rosis læta: & floribus coronata: sed uobis rosæ & flores de para/
disi deliciis adhærebant: & caput uestrum serta cælestia coronabant. Estas
ecce messium fertilitate fecunda est: & area frugibus plena est. sed uos qui
gloriam seminastis: frugem gloriæ metitis. Atq; in domini area constituti
exuri paleas inextinguibili igne conspicitis: ipsi ut tritici grana purgata &
frumenta preciosa: iam probati & conditi: hospitium carceris horreum cō
putatis. Nec deest autūno ad munera fugenda temporis gratia spiritalis.
Vindemia foris premitur: & profutura poculis i torcularibus uua calcat':
Vos de domini uinea pingues racemi: & iā maturis fructibus botri: præssu
ræ sæcularis infestatione calcati torcular nostrum carcere torquente senti/
tis. Vini uice sanguinem funditis: ad passionis tolerātiā fortes martyrii po
culum libenter hauritis. Sic apud seruos dei annus euoluitur. Sic spirituali
bus meritis & cælestibus præmiis temporum uicissitudo celebratur. Beati
satis qui ex uobis per hæc gloriarum uestigia commeantes: iam de sæculo
recesserunt: confectoq; itinere uirtutis ac fidei ad complexum & osculum
domini domino ipso gaudēte uenerunt. Sed & uestra non minor gloria: q̄
adhuc in certamine constituti & comitum glorias secuturi: pugnam diu ge
ritis: immotaq; & inconcussa fide stabiles quottidie spectaculū deo de urīs

uirtutibus exibetis. Quo longior uestra confessio uel pugna: hoc corona sublimior. Agon unus: sed multiplici prælioꝝ numerositate congestus. Fa mẽ uicitis: & sitim spnitis: & squaloꝛẽ carceris ac receptaculi pœnalis hor/ rorem roboris uigore calcatis. Pœna illic subicit̃: cruciatus obteritur: nec mors metuitur: sed optatur. Quæ scilicet immortalitatis præmio uĩcitur: ut uitæ æternitate: qui uicerit: honoretur. Quis nunc in uobis animus: q̃ sublime: q̃ capax pectus: ubi talia ac tanta uoluuntur? Vbi nõ nisi dei præ cepta & christi præmia cogitant̃: uolũtas est illic tantum dei: & ĩ carne ad huc licet uobis positis: uita iã uiuit̃ non præsentis sæculi: sed futuri. Nunc est fratres carissimi ut memores mei sitis: ut inter magnas atq; diuinas cogi tationes uestras nos quoq; aio ac mente uoluatis: simq; in præcibus & ora/ tionibus uestris: cum uox illa purificatione confessionis illustris: & iugi ho noris sui tenore laudabilis ad dei aures penetrat: & aperto sibi cælo de sub actis mundi partibus ad superna trãsmissa: impetrat de domini bonitate: quod postulat. Quid enim petitis de indulgentia domini: quod non impe trare mereamini: qui sic domini mandata seruatis: qui euangelicam uiã sin cero fidei uigore tenuistis: qui in corrupto honore uirtutis cum præceptis domini & cum apostolis eius fortiter stantes nutantem multorum fidẽ mar tyrii uestri ueritate solidatis? Vere euangelii testes: & uere martyres christi radicibus eius innixi: super petram robusta mole fundati: disciplinam cum uirtute iunxistis: ad timorem dei cæteros prouocastis. Martyria uestra exẽ pla fecistis. Opto uos fortissimi ac beatissimi fratres semp bene Valere.

Ad clerum & plebem d' quodam Aurelio ordinato lectore: ĩ qua asserit nõ fuisse necessarium iuxta morem quid ab eis de meritis eius querere: quo niã expecta humana iuditia nõ sunt ubi diuina suffragia precedunt.

Yprianus presbyteris & diaconibus & plebi uniuersæ salutem. In or dinandis clericis fratres carissimi solemus uos ante consulere: & mo res ac merita singulorum communi consilio ponderare. Sed expectãda nõ sunt testimonia humana: cum præcedant diuina suffragia. Aurelius frater noster illustris adolescens: a domino iam probatus & deo carus: est in an/ nis adhuc nouellus: sed inuirtutis ac fidei laude prouectus. Minor in æta/ tis suæ indole: sed maior in honore. Gemino hic Agone certauit: bis con/ fessus & bis confessionis suæ uictoria glorioſus: & quando uicit in cursu fa ctus extorris: & cum denuo certamine fortiore pugnauit: triumphator & uictor in prælio passionis. Quotiens aduersarius prouocare seruos dei uo luit: totiens fortissimus ac promptissimus miles & pugnauit & uicit. Parũ

fuerat ſub oculis ante paucos: quando extorris fiebat: congreſſum fuiſſe: meruit & in foro congredi clariore uirtute: ut poſt Magiſtratus & Procon/ſulem uinceret: & poſt exilium tormenta ſuperaret. Nec inuenio quid i eo prædicare plus debeam: gloriam uulnerum: an uerecūdiam morum: ꝙ ho nore uirtutis inſignis eſt: an ꝙ pudoris admiratiōe laudabilis. Ita & digni tate excelſus eſt: & humilitate ſubmiſſus: ut appareat illū diuinitus reſerua tum: q ad Eccleſiaſticam diſciplinā cæteris eſſet exemplo. Q uō ſerui dei i confeſſione uirtutibus uincerent: poſt cōfeſſionē moribus eminerent. Me/rebat talis clericæ ordinationis ulteriores gradus & incremēta maiora: nō de annis ſuis ſed de meritis æſtimandus Sed interim placuit ut ab officio le ctionis incipiat: qa & nihil magis cōgruit uoci: quæ dominū glorioſa præ dicatione confeſſa eſt: q̄ celebrandis diuinis lectionibus ꝓſonare poſt uer/ba ſublimia: quæ Chriſti martyriū prolocuta ſunt. Euangeliū Chriſti lege/re unde Martyres fiunt. Ad pulpitum poſt cataſtā uenire. Illic fuiſſe cōſpi cuum gentilium multitudini: hic a fratribus conſpici. Illic auditum cē cum miraculo circunſtantis populi: hic cū gladio fraternitatis audiri. Hunc igi tur frēs dilectiſſimi a me & a Collegis: qui præſentes aderant: ordinatum ſciatis: Q uod uos ſcio & libēter amplecti: & optare tales i Eccleſia noſtra q̄plurimos ordinari. Et quoniā ſemp gaudiū properat: nec pōt moras fer/re lætitia dominico legit. Interim nobis hac die auſpicatus ē pacē: dū dedi cat lectionē. Vos orationi frequenter inſiſtite: & preces noſtras ueſtris pre/cibus adiuuate: ut domini miſericordia fauens nobis cito plebis ſuæ: & ſa cerdotem reddat incolumen: & martyrem cum ſacerdote lectorem. Opto uos in deo patre & Chriſto Ieſu ſemp bene Valere.

Ad Martyres: in qua eos ad amorem martyrii inuitans docet dominū non tantum ſeruos in certamine ſpectare: ſed & ipſum una luctari: & coro nare pariter & coronari.

Yprianus Martyribus & confeſſoribus i Chriſto domino noſtro: & i deo patre perpetuam ſalutem. Exulto lætus & gratulor fortiſſimi ac beatiſſimi fratres cognita fide ac uirtute ueſtra: in qbus mater Eccleſia glo riatur: & nuper cum confeſſione quidem præſtante ſuſcepta pœna eſt: quæ Confeſſores Chriſti fecit extorres. Confeſſio tamen præſens quāto i paſſio ne fortior: tāto clarior & maior in honore. Creuit pugna: creuit & pugna/tiū gloria. Nec retardati eſtis ab acie tormentorū metu: ſed ipſis tormētis magis eſtis ad aciem ꝓuocati: fortes & ſtabiles ad maximi certaminis præ/lium prompta deuotione prodiſtis. Ex quibus quoſdam iam comperi coro

natos: quosdã uero ad coronã uictoriæ iam iamq; proximos. Vniuersos uero: quos agmine glorioso cacer inclusit: pari ac simili calore uirtutis ad gerendũ certamen animatos: sicut eẽ oportuit ĩdiuinis castris milites christi: ut incorruptã fidei firmitatẽ nõ blandiciæ decipiant: nõ minæ terreant: nõ cruciatus ac tormenta deuincant: qa maior ẽ qui in nobis: q̃ qui in hoc mũdo est. Nec plus ad deiiciendũ põt terrena pœna: q̃ ad erigendũ tutela diuina. Probata res est certamine fratrũ glorioso: q ad tormenta uincẽda cæteris duces facti: exemplũ uirtutis ac fidei prebuerunt: cõgressi in acie donec acies succũberet uicta. Quibus ego uos laudibus fortissimi predicem frẽs? robur pectoris uestri & ꝑseuerantiã fidei quo præconio uocis exornẽ? Tolerastis usq; ad cõsummatiõem gloriæ durissimã quæstionẽ: nec cessistis suppliciis: sed uobis supplicia cesserunt. Finẽ dolorum quẽ tormẽta nõ dabant: coronæ dederũt. Quæstio grauior ad hoc diu ꝑseuerauit: ut nõ stantem fidẽ deiiceret: sed hoĩes dei ad dominum uelocius mitteret. Vidit admirata præsentiũ multitudo cæleste certamẽ: certamen dei: certamen spiritale: prælium Christi. stetisse seruos eius uoce libera: mente incorrupta: uirtute diuina: telis quidem sæcularibus nudos: sed armis fidei credẽtes armatos. Steterunt torti torquentibus fortiores: & pulsantes ac laniãtes ungulas pulsata ac laniata membra uicerũt. Inexpugnabilẽ fidẽ supare non potuit seuiens diu plaga repetita: q̃uis rupta compagæ uiscerꝫ torquerent̃ in seruis dei iã non mẽbra sed uulnera. Fluebat sanguis: q incẽdium ꝑsecutionis extingueret: q flãmas & ignes gehenne glorioso cruore sopiret. O quale illud fuit spectaculũ domini: q̃ sublime: q̃ magnũ: q̃ dei oculis sacramento ac deuotione militis eius acceptũ: sicut scriptũ est in psalmis spũ loquẽte ad nos. Preciosa ĩ cõspectu domini mors iustorũ eius. preciosa mors hæc est: quæ emit immortalitatem precio sui sanguinis: quæ accepit coronã de consumatione uirtutis. Quã lætus ĩ illis christus fuit: q̃ libens ĩ talibus seruis suis & pugnauit & uicit ꝓtector fidei: & dans credentibus tantũ: quantũ se credit capere: q sumit. Certamini suo affuit: præliatores atq; assertores sui noĩs erexit: corroborauit: aĩauit. Et q ꝓ nobis mortẽ semel uicit: sẽp uicit ĩ nobis. Cũ uos inqt tradiderit: nolite cogitare qd loquamini. Dabit̃ enĩ uobis ĩ illa hora qd loq̃mini. Non enĩ uos estis q loqmini: sed spũs p̃ris ur̃i q loqt̃ ĩ uobis. Documẽtũ rei præsens prœliũ præbuit. Vox plena spũ scõ de Martyris oræ ꝓrupit: cũ Mappalicus brĩssimus ĩter cruciatus suos ꝓ cõsuli diceret. Videbis cras agonẽ. Et qđ ille cũ uirtutis atq; fidei testĩonio dixit: domĩus ĩpleuit. Agõ cælestis exhibitus ẽ. Dei seruus ĩ agonis ꝓmissi certamĩe coronatus ẽ. Hic ẽ Agõ quẽ ꝓpheta Hesaias ãte ꝓmisit dicẽs. Nõ pusillũ uobis certamẽ cũ hoĩbus: quoniã deus præstat agonẽ. Et ut ostẽde-

ret quis hic agon esset futurus: addidit dicēs. Ecce uirgo in utero cōcipiet filiū: & uocabitis nomē eius Emmanuel. Hic ē agon fidei nostræ qua cōgredimur: qua uincimus: qua coronamur. Hic ē agon: quē nobis ostēdit Beatus Apostolus Paulus: ī quo oportet nos currere: & ad coronā gloriæ ꝑuenire. Nescitis inqt ꝙ qui in stadio currūt: oēs quidem currūt: unus tamen accipit palmā? Sic currite ut oēs occupetis. Omnis enim ꝙ agonizatur: in oibus cōtinens ē. Et illi qdem ut corruptibilem coronā accipiunt: nos autē incorruptā. Itē suum ostendens certamē: & hostiā se domino cito futurū eē ꝓmittens ait. Ego iā delibor: & tēpus instat assūptionis meæ. Bonū agonē certaui: cursum ꝓfeci: fidē seruaui. Iā sup est mihi corona iusticiæ: Quam mihi reddet dominus ī illa die iustus iudex. Nō solū autē mihi: sed & omnibus ꝙ dilexerūt aduentū eius. Hunc igit agonē ꝑ ꝓphetas ante predictū: ꝑ dominū cōmissum: ꝑ Apostolos gestum: Mappalicus suo & collegarum suoꝝ nomine Proconsuli repromisit: nec fefellit ī promisso suo. Vox fidelis pugnā quā spopondit: exhibuit: & palmā quā meruit: accepit. Istū hūc beatissimū Martyrem & alios ꝓticipes eiusdē congressionis: & comites: in fide stabiles: ī dolore patientes: ī quæstione uictores: ut cæteri quoq; sectemini & opto pariter & hortor: ut quos uinculū cōfessionis & hospitiū carceris simul iūxit: iungat etiā & cōsumatio uirtutis: & corona cælestis: ut lachrymas matris Ecclesiæ: quæ plāgunt ruinas & funera plurimorū: uos uestra lætitia tergeatis: & cæteroꝝ quoq; stantiū firmitatē uestri exēpli ꝓuocatiōe solidetis. Si uos acies uocauerit: si certaminis uestri dies uenerit: militate fortiter: dimicate cōstanter: scientes uos sub oculis præsentis domini dimicare: cōfessione nominis eius ad ipsius gloriā ꝑuenire. Qui nō sic ē ut seruos suos tantū spectet: Sed & ipse luctat in nobis: ipse cōgredit: Ipse in certamine agonis nostri & coronat pariter & coronat. Quod si āte diē certaminis nostri de idulgentia dei pax supuenerit: uobis tamē manet uolūtas ītegra cōscientia gloriosa. Ne cōtristet aliqs ex uobis quasi illis minor: qui ante uos tormēta ꝑpessi uicto & calcato sæculo ad dominū glorioso itinere uenerūt. Domīus scrutator ē renis: & cordis arcana ꝓspicit. Ad coronā dei promerēdā sufficit ipsius testimoniū solū: ꝙ iudicaturus ē. Ergo utraq; res frēs dilectissimi sublimis est pariter & illustris. Illa securior ad dominū nostrū uictoriæ cōsūmatorē propare: hæc lætior accepto post gloriā cōmeatu ī Ecclesia laude florere. O Beatā Ecclesiā nostram: quā sic honor diuinæ dignationis illuminat: quā tēporibus nostris gloriosus Martyrū sanguis illustrat. Erat ante ī operibus fratrum candida: nunc facta est in Martyrum cruore purpurea. Floribus eius nec rosæ nec lilia desunt. Certent nunc singuli ad utriusq; honoris amplissimā dignitatem: Accipiant coronas uel de

ope candidas: uel de sanguine purpureas. In cælestibus castris & pax & aci es habẽt flores suos: quibus milites christi ob gloriã coronantur.

Tractatus Beati Cypriani aduersus nouatianũ Scismaticũ ostẽdẽs præ positos ecclesiæ ad inocentiã simplices eẽ oportere: & cũ simplicitate pru dentes ĩ preceptoꝝ obseruatione aduersus occultã hostis luctã: q̃ plus me tuentus ẽ & cauendus cũ latẽter obrepit: q̃ cũ se aduersariũ profitetur.

Vm mõeat dominus: & dicat, uos estis sal terræ. cũq; esse nos iubeat ad innocẽtiã simplices: & tamẽ cũ simplicitate prudẽtes: quid aliud frẽs dilectissimi q̃ prouidere nos cõuenit: & sollicito corde uigilãtes subdo li hostis insidias intelligere pariter & cauere: ne q̃ christũ sapientiã dei prĩs induimur: minus sape in tuẽda salute uideamur? Neq; enĩ psecutio sola me tuenda est: & ea quæ subruẽdis ac deiiciẽdis dei seruis apta ipugnatõe gral sant: facilior cautio ẽ ubi manifesta formido ẽ. Et ad certamen animus ante prestruit: q̃do se aduersarius cõfitet. plus metuendus ẽ & cauendus inimi cus: cũ latenter obrepit: cũ per pacis imaginẽ fallens occultis accessibus ser pit. Vnde & nomẽ serpentis accepit. Ea ẽ eius semp astucia: ea est circumue niendi hoĩs cæca & latebrosa fallatia. Sic ab initio statim mũdi fefellit: & uerbis mẽdacibus blãdiens rudes animas incauta credulitate decepit. Sic dominũ ipsum tẽtare conatus: quasi obreperet rursus & falleret: latẽter ac cessit. Intellectus tamen ẽ & retrusus: & ideo ꝓstratus q̃a agnitus atq; dete ctus. Vnde nobis exemplum datum est ueteris hoĩs uiam fugere: uestigiis christi uincentis insistere: ne denuo incauti ĩ mortis laqueum reuoluamur: Sed ad periculum ꝓuidi accepta immortalitate potiamur. Immortalitate autem potiri quomodo possumus: nisi ea a quibus mors expugnatur & uin citur: christi mandata seruemus? ipso monente & dicẽte. si uis ad uitam ue nire: serua mandata. & iterũ. si feceritis quod mando uobis: iam non dico uos seruos sed amicos. Hos deniq; fortes dicit & stabiles: hos super petram robusta mole fundatos: hos contra molestias oẽs & turbines sæculi ĩmobili & inconcussa firmitate solidatos. Q ui audit inq̃t uerba mea & facit ea: si milabo eũ uiro sapienti: q̃ ædificauit domũ suam supra petram. Descẽdit pluuia: aduenerunt flumina: flauerunt uenti: & ĩpegerunt ĩ domũ illam: & nõ cecidit: fundata enim fuit sup petrã. Verbis igitur eis insistere: quæcũq; & ducuit & fecit: discere & facere debemus. Cæterum credere se in christũ quõ dicit: qui non facit: quod christus facere precepit? Aut unde perue niet ad præmium fidei: qui fidem non uult seruare mandati? Nutet neces se est & uagetur: & spiritu erroris arreptus uelut puluis: quẽ uẽtus excutit:

uentile᷑: nec ãbulando proficiet ad ſalutẽ: qui ſalutaris uiæ nõ tenet ueritatẽ. Cauẽda ſũt autẽ nõ ſolum: quæ ſũt apte manifeſta: ſed & aſtutæ fraudis ſubtilitate fallentia. Quid uero aſtutius: qd ue ſubtilius: q̃ ut chriſti aduẽtu detectus ac ꝓſtratus inimicus: poſtq̃ lux gẽtibus uenit: & ſoſpitãtis hoibus ſalutare lumẽ effulſit: ut ſurdi auditũ ſpiritalis gratiæ admitterẽt: apirent ad deũ oculos ſuos cæci: infirmi æterna ſanitate reualeſcerent: claudi ad eccleſiã currerent: muti claris uocibus & precibus orarent: uidens idola derelicta: & ꝑ nimiũ credentiũ populũ ſedes ſuas ac tẽpla deſerta: excogitauerit nouã fraudẽ: ut ſub ipſo chriſtiani nois titulo fallat incautos? Hæreſes ĩuenit & Sciſmata: qbus ſubuerteret fidẽ: ueritatẽ corrũpet: ſcindei: & unitatẽ. Quos detinere nõ põt i uiæ ueteris cæcitate: circunſcribit & decipit noui itineris errore. Rapit de ipſa eccleſia hoies: & dũ ſibi appropinquaſſe iã lumini: atq; euaſiſſe ſæculi noctẽ uidẽt᷑: alias neſciẽtibus tenebras rurſus infũdit: ut cũ euãgelio chriſti: & cũ obſeruatione eius & lege nõ ſtãtes: chriſtianos ſe uocẽt & ãbulãtes ĩ tenebris habere ſe lumẽ exiſtimẽt: blãdiẽte aduerſario atq; falléte: q ſecũdũ Apoſtoli uocẽ trãſfigurat ſe uelut angelũ lucis: & miniſtros ſubornat ſuos uelut miniſtros iuſticiæ: aſſerẽtes nocẽtẽ ꝑ die: interitũ ꝑ ſalute: deſpationẽ ſub obtẽtu ſpei: pfidiã ſub pretextu fidei. Antichriſtũ ſub uocabulo chriſti: ut dũ ueriſimilia mentiunt᷑: ueritatẽ ſubtilitate fruſtrẽt᷑. Hoc eo fit frẽs dilectiſſimi: dũ ad ueritatis originem nõ redit᷑: nec caput quærit᷑: nec magiſtri cæleſtis doctrina ſeruat᷑. Quæ ſi qs cõſideret & examiet: tractatu lõgo atq; argumẽtis opus nõ ẽ. Probatio ẽ ad fidẽ facilis cõpẽdio ueritatis. Loqt᷑ domius ad petrũ. Ego tibi dico iqt: qa tu es Petrus: & ſup iſtã petrã ædificabo eccleſiã meã: & portæ iferoꝝ nõ uincẽt eã. Tibi dabo claues regni cæloꝝ: & quæ ligaueris ſup terrã: erũt ligata & ĩ cælis. Et quæcũq; ſolueris ſup terrã: erũt ſoluta & in cælis. Et eidẽ poſt reſurrectionẽ ſuã dicit. paſce oues meas. Et q̃uis apoſtolis oibus poſt reſurrectionẽ ſuã parẽ ptãtẽ tribuat & dicat. Sicut miſit me pr̃: & ego mitto uos: accipite ſpiritũ ſãctũ. Si cui remiſeritis peccata: remittẽt᷑ illi. Si cui tenueritis: tenebunt᷑: tamẽ ut unitatẽ manifeſtaret: unitatis eiuſdẽ originẽ ab uno incipiẽtẽ ſua auctoritate diſpoſuit. Hoc erãt utiq; & cæteri apreli: qd᷑ fuit Petrus: pari cõſortio prediti: & honoris & poteſtatis: ſed exordiũ ab unitate ꝓfiſcit᷑: ut eccleſia una mõſtret᷑. Quã unã eccleſiã etiã ĩ cantico cãticoꝝ ſpiritus ſcũs ex pſona domini deſignat & dicit. una ẽ colũba mea: pfecta mea. una ẽ matri ſuæ electa genetrici ſue. Hãc eccleſiæ unitatẽ: q nõ tenet: tenere ſe fidẽ creditur? Qui eccleſiæ renititur & reſiſtit: in eccleſia ſe eſſe confidit? Quando & Beatus Paulus Apoſtolus hoc doceat: & ſacramentum unitatis oſtendat dicens. unum corpus & unus ſpiritus: una ſpes

uocationis uestræ: unus dominus: una fides: unum baptisma: unus deus: Quam unitatem firmiter tenere & uindicare debemus maxime Episcopi: qui in ecclesia presidemus: ut episcopatū quoq; ipsū unum atq; indiuisū ꝓbemus. Nemo fraternitatē mēdacio fallat: nemo fidei ueritatē pfida preuaricatione corrūpat. Episcopatus unus ē: cuius a singulis in solidū ps tenetur. Ecclesia una ē: quæ i multitudinē latius i cremēto fecūditatis extēdit. Quō solis multi radii: sed lumē unū: & rami arboris multi: sed robur unū tenaci radice fundatū: Et cum de fonte uno riui plurimi defluūt: numerositas licet diffusa uideat exundātis copiæ largitate: unitas tamē seruat i origine. A uelle radiū solis a corpore: diuisionem lucis unitas nō capit. Ab arbore frāge ramū fractus germinare nō poterit. A fonte precide riuū: precisus arescet. Sic & ecclesia domini luce pfusa p orbē totū radios suos porrigit: unū tamen lumē ē: qđ ubiq; diffūdit: nec unitas corpis sepat. Ramos suos i uniuersā terrā copia ubertatis extendit. Profluētes largiter riuos latius expandit: unum tamen caput est: & origo una: & una mater fecunditatis successibus copiosa. Illius fetu nascimur. Illius lacte nutrimur. spū eius animamur. Adulterari nō potest sponsa christi. Incorrupta est & pudica: Vnā domum nouit: unius cubiculi sanctitatē casto pudore custodit. Hæc nos deo seruat: hæc filios regno: quos generauit: assignat. Quisq; ab Ecclesia segregatus adultere iungit: a ꝓmissis ecclesiæ sepatur: nec ptinet ad christi premia: q relinqt ecclesiā christi. Alienus est: Prophanus est: Hostis est. Habere iam non potest deū patrē: q Ecclesiam non habet matrē. Si potuit euadere: qui extra arcā Noe fuit: & q extra ecclesiam foris fuerit: euadit. Monet dominus & dicit: qui non est mecum: aduersus me est: & q non mecū colligit: spargit. Qui pacem Christi & cōcordiam rumpit: aduersus Christum facit. Qui alibi præter Ecclesiam colligit: Christi Ecclesiā spargit. Dicit dominus. Ego & pater unū sumus. & iterū de patre & filio & spiritu sancto scriptū est. & tres unum sunt: & quisq̄ credit hanc unitatē de diuina firmitate uinientem: sacramentis cælestibus cohærentē scindi in ecclesiā posse: & uoluntatū collidentium diuortio separi? Hanc unitatē: q non tenet: dei legem non tenet: nō tenet pris & filii fidē: uitā non tenet & salutē. Hoc unitatis sacramētū: hoc uiculum cōcordiæ in sepabiliter cohærētis ostēdit: q̄do i Euāgelio tunica domini Iesu christi nō diuidit oīno nec sciitur: sed sortiētibus de ueste christi: qs christū potius idueret itegra uestis accipit: incorrupta atq; idiuidua tunica possidet. Loqtur ac dicit scriptura diuidua. De tunica aūt: qa de supiore pte non consutilis sed per totum textilis fuerat: dixerunt adinuicem. Non scindamus eam: sed sortiamur de ta cuius sit. Vnitatem ille portabat de superiore parte uenientem. i. de cœlo

& a patre uenientem : quæ ab accipiente & poſſidente ſcindi omnino non poterat: ſed totam ſimul & ſolidam firmitatem inſeperabiliter obtinebat. Poſſidere non poteſt indumentum chriſti : qui ſcindit & diuidit eccleſiam chriſti. Contra deniq; cum Salomone moriente regnum eius & populus ſciderétur : Achias propheta Ieroboam regi obuius factus in campo in. xii. ſciſſuras ueſtimentum ſuum diſcidit dicens. Sume tibi decem ſciſſuras: qa hæc dicit dominus. Ecce ſcindo regnum de manu Salomonis: & dabo tibi decem ſceptra: & duo ſceptra erunt ei propter ſeruum meum Dauid : & pter Iheruſalem ciuitatem: quam elegi: ut ponam nomen meum illic. Cum xii. tribus Iſrael ſcinderentur: ueſtimuntum ſuum Propheta achias ſcidit. At uero quia chriſti populus non poteſt ſcindi . Tunica eius per totum textilis & cohærens: diuiſa a poſſidentibus non eſt. In diuidua: copulata: connexa oſtendit populi noſtri: qui Chriſtum induimus: concordiam cohærentem. Sacramento ueſtis declarauit Eccleſiæ unitatem. Quis ergo ſibi ẽ ſceleratus & perfidus: quis ſibi diſcordiæ furore ueſanus: ut credat ſcindi poſſe: aut audeat ſcindere unitatem dei? ueſtem domini? Eccleſiã Chriſti? Monet ipſe in euangelio ſuo: & docet dicens. Et erit unus grex & unus paſtor. Et eſſe poſſe uno in loco aliquis exiſtimat: aut multos paſtores : aut plures greges? Apoſtolus item Paulus hanc eandem nobis inſinuãs unitatem: obſecrat: & hortatur dicens. Obſecro uos inquit frẽs per nomẽ domini noſtri Ieſu chriſti: ut idipſum dicatis omnes: & nõ ſint in nobis ſciſmata. Sitis ãt compoſiti in eodem ſenſu: & in eadem ſententia. & iterum dicit. Suſtinentes inuicem in dilectione: ſatis agentes ſeruare unitatem ſpiritus in coniunctione pacis. Stare tu & uiuere putas poſſe de eccleſia recedentem? Sedes ſibi alias & diuerſa domicilia condentem? cum dictum ſit ad Rhaab: ĩ qua preformabatur Eccleſia. patrem tuum: & matrem tuam: & fratres tuos: & totam domum patris tui colliges ad teipſam ĩ domum tuam : & erit omnis qui exierit hoſtium domus tuæ foris reus erit? Itẽm ſacramẽtum paſchæ nõ aliud exodi lege contineat: q̃ ut agnus: qui in figura chriſti occiditur in domo una edatur? Loquitur deus dicens . In domo una comedetur : non eicietis de domo carnem foras . Caro chriſti & ſãctum domini eiici foras nõ poteſt: nec alia ulla credentibus (præter unam eccleſiam) domus eſt. Hanc domum: hoc unanimitatis hoſpitiũ deſignat & denunciat ſpiritus ſanctus in pſalmis: dicẽs. Deus q inhabitare facit unanimes ĩ domo. In domo dei: in eccleſia chriſti unanimes habitãt: cõcordes & ſimplices pſeuerãt. Iccirco & in colũba uenit ſpũs ſanctus: ſimplex animal & lætũ: non felle amarum: non morſibus ſæuum: non ungularum laceratione uiolẽtum . Hoſpitia humana diligere: unius domus conſortiũ noſſe: cũ generãt ſimul filios edere:

cũ commeant uolatibus inuicem cohærere: communi conuersatione uitam suam degere: oris osculo concordiam pacis agnoscere: legem circa omnia unanimitatis implere. Hæc est in Ecclesia noscenda simplicitas: hæc caritas obtinenda: ut colũbas dilectio fraternitatis imitetur: ut mãsuetudo & lenitas agnis & ouibus æquet. Quid facit in pectore Christiano luporum feritas? & canum rabies? & uenenum lætale serpentum? & cruẽta seuitia bestiarum? Gratulandum ẽ: cum tales de Ecclesia separant: ne columbas: ne oues christi seua sua & uenenata contagione predentur. Cohærere & coniungi nõ potest amaritudo cũ dulcedine: caligo cum lumine: pluuia cum serenitate: pugna cũ pace: cũ fecũditate sterilitas: cum fontibus siccitas: cũ tranqlitate tẽpestas. Nemo æstimet bonos d' Ecclesia posse discedere. Triticum non rapit uentus: nec arborem solida radice fundatam procella sub uertit. Inanes paleæ tẽpestate iactant: inualidæ arbores turbinis incursiõe euertuntur. Hos execratur: & percutit Ioannes Apostolus dicẽs. Ex nobis exierunt: sed nõ fuerunt ex nobis. Si enim fuissent ex nobis: mansissent nobiscum. Hinc hæreser & facte sunt frequenter: & fiunt: dũ puersa mens nõ habet pacẽ: dũ pfidia discordans non tenet unitatẽ. Fieri uero hæc dominus pmittit & patit: manente propriæ libertatis arbitrio: ut dum corda & mentes nostras ueritatis discrimen examinat: probatorũ fides integra manifesta luce claresçat. Per Apostolum premonet spũs sãctus: & dicit. Oportet & hæreses esse: ut probati manifesti sint in uobis. Sic probant' fideles: sic pfidi detegũt': sic & ãte iudicii diẽ hic quoq; iã iustox atq; iustox aiæ diuidunt'. Et a frumento paleæ pepantur. Hi sũt q se ultro apud temerarios conuenas sine diuina dispositione pficiunt: q se præpositos sine ulla ordinationis lege cõstituunt: q nemine Episcopatũ dante Episcopi sibi nomen assumunt. Quos designat in psalmis spũs sanctus: sedentes i pestilẽtiæ cathedra pestes & lites fidei: serpentis ore fallentes: & corrũpẽdæ ueritatis artifices: uenena lætalia linguis pestiferis euomẽtes. Quox sermo ut cancer serpit: quox tractus pectoribus & cordibus singulorũ mortale uirus infundit. Cõtra eiusmodi clamat dominus: ab his refrenat & reuocat errantẽ plebẽ suã dicens. Nolite audire sermones Pseudoprophetax: quoniã uisiones cordis eox frustrant' eos. Loquunt': sed nõ ab ore domini. Dicũt eis: q abiiciunt uerbum dei. Pax erit uobis: & omnibus ambulantibus in uoluntatibus suis. Omnis qui ambulat in errore cordis suis: non uenient super te mala. Non loquutus sum ad eos: & ipsi prophetauerunt. Si stetissent in substantia mea: & audissent uerba mea: & sic docuissent populum meum: conuertissem eos a malis cogitatõnibus eorum. hos eodem denuo dominus designat & denotat dicens. Me dereliquerũt fontem aquæ uiuæ: & effoderũt

ſibi lacus detritos: qui non poſſunt aquam portare. Q uando aliud baptiſ
ma præter unum eē non poſſit: baptizare poſſe ſe opinant? Vitæ fonte de
ſerto uitalis & ſalutaris aquæ gratiam pollicent? Nō abluuntur illic hoies:
ſed potius ſordidantur. Nec purgant delicta: ſed imo cumulātur. Nō deo
natiuitas illa: ſed diabolo filios generat. Per mendaciū nati: ueritatis pro/
miſſa non capiunt. De perfidia procreati: fidei gratiā perdunt. Ad pacis
præmiū uenire non poſſunt: qui pacem domini diſcordiæ furore ruperūt.
Nec ſe quidā uana interpretatione decipiant: q̄ dixerit dominus ubicūq̄
fuerint duo aut tres collecti i nomie meo: ego cū illis ſū. Corruptores Euā/
gelii atq̄ interpretes falſi extrema ponūt: & ſupiora prætereunt: Partis me
mores: & ptem ſubdole corrūpentes. Vt ipſi ab Eccleſia ſciſſi ſūt: ita capi/
tuli unius ſentētiā ſcindunt. Dominus enim cū diſcipulis ſuis unanimitatē
ſuaderet & pacē: dico inq̄t uolui quoniā ſi duobus ex uobis cōuenerit i ter
ra de oī re quācūq̄ petieritis cōtinget uobis a patre meo: qui in cælis ē. Vbi
cunq̄ fuerint duo aut tres collecti i nomine meo: ego cū eis ſum: oſtendens
nō multitudini: ſed unanimitati deprecantiū plurimum tribui. Si duobus
inq̄t ex uobis cōuenerit in terra: unanimitatē prius poſuit: concordiam pa
cis ante premiſit: ut conueniat nobis fideliter & firmiter docuit. Q uomo/
do autem poteſt ei cum aliquo conuenire: cui cum corpe ipſius Eccleſiæ &
cum uniuerſa fraternitate nō conuenit? Q uomodo poſſunt duo aut tres i
nomine chriſti colligi: quos cōſtat a Chriſto & ab eius Euangelio ſepari? nō
enim nos ab illis: ſed illi a nobis receſſerunt. Et cū hæreſes & ſciſmata poſt
modū nata ſint: dum conuenticula ſibi diuerſa conſtituūt: ueritatis caput
atq̄ originem reliquerunt. Dominus autē de eccleſia ſua loquitur: ad hos
qui ſunt in eccleſia loquitur: ut ſi ipſi concordes fuerint: ſi ſecundum q̄ mā
dauit & monuit duo aut tres: licet collecti unanimiter orauerint: duo aut
tres licet ſint: impetrare poſſint dē dei magieſtate quod poſtulāt. Vbicūq̄
fuerint duo aut tres collecti in nomine meo: ego inquit cum eis ſum: cū ſim
plicibus ſcilicet atq̄ pacatis: cum deum timentibus & dei præcepta ſeruan
tibus. Cum his duobus uel tribus licet eſſe ſe dixit. Q uomodo & cum tri/
bus pueris in camino ignis fuit: & quia in deum ſimplices: atq̄ inter ſe una
nimes permanebant: flammis ambientibus medios: ſpiritu roris animauit.
Q uomodo apoſtolis duobus in cuſtodia clauſis: quia ſimplices: quia una
nimes erant: ipſe affuit. Ipſe reſolutis carceris clauſtris: ut uerbum quod fi
deliter predicabant multitudini traderēt: ad forum rurſus impoſuit. Q uā
do ergo in præceptis ſuis ponit & dicit. ubi fuerit duo aut tres collecti i no
mine meo: ego cum eis ſum: non homines ab Eccleſia diuidit: qui inſtituit
& fecit eccleſiam. Sed exprobrans diſcordiam perfidis: & fidelibus pacem

ſua uoce cõmendans: oſtendit magis eſſe ſecum duobus aut tribus unanimiter orantibus: q̃ cum diſſidentibus plurimis: pluſq; impetrari poſſe paucorũ concordi prece: q̃ diſcordi oratione multoꝝ. Ideo & cũ orantibus legem daret: addidit dicens. Et cũ ſteteritis ad orationẽ: remittite ſiq̃d habetis aduerſus aliquẽ: ut & pater ueſter: q̃ ĩ cælis eſt: remittat uobis peccata. Et ad ſacrificium cum diſſenſione uenientem reuocat ab altari: & iubet prius concordare cũ fratre: tunc cum pace redeũtem domino munus offerre: quia nec ad Cain munera reſpexit deus. Neq; enim habere pacatũ deũ uel pacem apud deũ poterat: qui cum fratre pacẽ per zeli diſcordiã non habebat. Quam ſibi igitur pacem ꝓmittũt inimici fratrum? Quæ ſacrificia celebrare ſe credũt emuli ſacerdotum? An ſecum eẽ Chriſtũ cum collecti fuerint opinantur: q extra Chriſti Eccleſiam colliguntur? Tales etiam ſi occiſi ĩ cõfeſſione nominis fuerint macula iſta nec ſanguine abluit. Inexpiabilis & grauis culpa diſcordiæ nec paſſione purgat. Eſſe martyr non poteſt: q ĩ Eccleſia non eſt. Ad regnum puenire non poterit: q eam quæ regnatura eſt derelinquit. Pacẽ nobis chriſtus dedit. Concordes atq; unanimes eſſe præcepit. Dilectionis & caritatis fœdera incorrupta atq; inuiolata ſeruari mãdauit. Exhibare ſe nõ poteſt Martyrem: q fraternam nõ tenuit caritatem. Docet hoc & cõteſtatur Paulus Apoſtolus dicens. Et ſi habuero fidem ita ut montes tranſferam: caritatẽ autem nõ habeam: nihil ſum. Et ſi in cibos pauperum diſtribuero oĩa mea: & ſi tradidero corpus meum ut ardeã: caritatem autem non habeam: nihil proficio. Caritas magnanima eſt. Caritas benigna eſt. Caritas non emulatur: non inflatur: nõ irritatur: nõ agit perperam: non cogitat malũ. Omnia diligit: omnia credit: omnia ſperat: omnia ſuſtinet. Caritas nunq̃ excidet. Nunq̃ inqt caritas excidet. Hæc enim ſemp in regno erit. Hæc inæternum fraternitatis ſibi cohærentis unitate durabit. Ad regnum cælorum nõ põt peruenire diſcordia: nec ad præmia chriſti: qui dixit. Hoc eſt mandatũ meum: ut diligatis inuicem quẽadmodum dilexi uos. Pertingere non poterit ad præmiũ chriſti: qui dilectionem chriſti pfida diſſenſione uiolauit. Qui caritatem non habet: deum non habet: Ioannes Beati Apoſtoli uox eſt. Deus inquit dilectio eſt: & qui ĩ dilectione manet: manet ĩ deo: & deus ĩ illo manet. Cũ deo manere non poſſunt: qui eſſe in Eccleſia dei unanimes noluerunt. ardeant licet flãmis & ignibus traditi: uel obiecti beſtiis animas ſuas ponant: non erit illa fidei corona: ſed pœna perfidiæ: nec religioſæ uirtutis exitus glorioſus: ſed deſperationis interitus. Occidi talis põt: coronari non poteſt. Sic ſe chriſtianum eſſe profitetur: quomodo & Chriſtum diabolus ſæpe mentitur: Ipſo domino prænonente & dicente. Multi uenient in nomine meo dicẽtes. ego ſũ chriſtus

& multos fallent. Sicut ille christus non est: q̃uis fallat in nomine illius. Ita nec christianus uideri põt: qui nõ ꝑmanet ĩ euangelii eius & fidei ueritate. Nam & prophetare: & demonia excludere: & uirtutes magnas in terris facere: sublimis utiq; & admirabilis res est. Nõ tamen regnum cæleste cõsequitur: quisqs in iis omnibus inuenit̃: nisi recti & iusti itineris obseruatiõe gradiatur. Denũciat dominus & dicit. Multi dicent mihi in illo die. Domine domine: nõne in tuo nomine ꝓphetauimus? & ĩ tuo noĩe demonia excluſimus? & ĩ nomine tuo uirutes magnas fecimus? Et tũc dicã illis. Nunq̃ uos cognoui: recedite a me: q operamini iniqtatẽ. Iusticia opus ẽ: ut promereri quis possit deũ iudicem. Præceptis eius & monitis obtẽperandũ ẽ: ut acci piant merita nostra mercedẽ. Dominus ĩ Euangelio: cũ spei & fidei nostræ uiam cõpendio breuiãte dirigeret. dominus deus tuus iquit dominus unus est. Et diliges dominũ deum tuũ de toto corde tuo: & de tota aĩa tua: & de tota uirtute tua. Hoc primũ & secundũ simile huic: diliges proximũ tuum tãq̃ te. In his duobus præceptis tota lex pendet & ꝓphete. Vnitatem simul & dilectionẽ magisterio suo docuit: Prophetas oẽs & legem preceptis duobus icluſit. Q uã uero unitatẽ seruat: quã dilectionẽ custodit: aut cogitat: qui discordiæ furore uesanus Eccleſiã scindit: fidem destruit: pacẽ turbat: caritatem dissipat: sacramentũ prophanatur? Malũ hoc fideliſſimi frẽs iã pridẽ cæperat: sed nunc creuit eiusdem mali ifesta clades: & surgere & pullulare plus cœpit hæreticæ puersitatis & sciſmatũ uenenata ꝓnicies. Q uia & sibi in occasũ mundi oportebat prenuntiãte ꝑ Apostolũ nobis & premonente spũ scõ. In nouiſſimis inqt diebus aderunt tẽpora molesta: & erũt homines sibi placentes: supbi: tumidi: cupidi: blasphemi: parẽtibus inobedientes: ingrati: impii: sine affectione: sine fœdere: delatores: incõtinentes: imites: bonũ non amantes: proditores: procaces: stupore inflati: uoluptates magis q̃ deũ diligentes: habentes deformationẽ religionis: uirtutẽ autẽ eius abnegantes. Ex iis sunt q repunt ĩ domos uiduarũ: & predant̃ mulierculas oneratas peccatis: quæ ducunt̃ uariis desideriis: semp discẽtes & nũq̃ ad scientiã ueritatis ꝓuenientes. Et quõ Iannes & Mambres restiterunt Moysi: sic & hi resistunt ueritati: sed nõ proficient plurimũ. Imperitia enim eoꝝ manifesta erit omnibus: sicut & illorũ fuit. Adimplent̃ quæcũq; predicta sunt: & appropinquãte sæculi fine hoĩm pariter ac tẽporum probatione uenerunt. Magis ac magis aduersario sæuiente error fallit: extollit stupor: liuor incẽdit: cupiditas excæcat: deprauat impietas: superbia inflat: discordia exasperat: ira præcipitat. Nõ tamen nos moueat aut turbet multorum nimia & abrupta perfidia: sed potius fidem nostram prænunciante rei ueritate corroboret. Vt quidam tales eẽ cœperunt: quia hæc ante præ/

dicta sunt: ita cæteri fratres ab eiusmodi caueant: quia & hæc ante prædicta sunt instruente domino & dicente. Vos autem cauete: ecce prædixi uobis omnia. Vitate quæso uos eiusmodi homines: & a latere: atq; auribus uestris pernicioſa colloquia uelut contagium mortis arcete: ſicut ſcriptum ẽ. Sepi aures tuas ſpinis: & noli audire linguam nequam. & iterum: Corrum punt ingenia bona confabulationes peſſimæ. Docet dominus & admonet a talibus recedendum. Cæci ſunt inquit duces cæcorum. Cæcus autẽ cæcũ ducens ambo in foueam cadent. Auerſandus talis atq; fugiẽdus quiſq; fuerit ab Eccleſia ſeparatus. Peruerſus ẽ huiuſmodi: & peccat: & a ſemetipſo damnatus. An eſſe ſibi cũ chriſto uidetur: qui aduerſus ſacerdotes chriſti facit? Q ui ſe a cleri eius uel plebis ſocietate ſecernit? Arma ille contra Eccleſiam portat: cõtra dei diſpoſitionem repugnat. Hoſtis altaris aduerſus ſacrificium chriſti rebellis: pro fide perfidus: ꝓ religione ſacrilegus: inobſequens ſeruus: filius ĩpius: frater inimicus. Cõtẽptis epiſcopis & dei ſacerdotibus derelictis cõſtituere audet alicꝰ altare: precẽ alterã illicitis uocibus facere: dominicæ hoſtiæ ueritatẽ ꝓ falſa ſacrificia ꝓphanare: nec ſcire quoniã: q cõtra ordinationẽ dei nitit̃: ob temeritatis audaciã diuina aĩaduerſione punit̃? Sic Chore & dathã & Abiron: q ſibi cõtra Moyſen & Aaron ſacerdotẽ ſacrificãtes licẽtiã uẽdicare conati ſũt: pœnas ſtati ꝓ ſuis conatibus pẽderũt. Terra cõpaginibus ruptis ĩ ꝓfũdũ ſuũ patuit: ſtãtes atq; uiuẽtes recedẽtis ſoli hiatus abſorbuit. Nec tãtũ eos: q auctores fuerãt: dei ĩdignationis ira ꝓcuſſit: ſed & cæteros ducẽtos qnquaginta ꝓticipes eiuſdẽ furorir & comites: q coagulati cũ iiſdẽ ſimul ad audaciã fuerãt: exiẽs a domino ignis propata ultione cõſũpſit: admonẽs. ſ. & oſtendẽs contra deum fieri: quicquid improbi fuerint ad deſtruendam ordinationem dei humana uoluntate conati. Sic & Ozias Rex: cum turribulum ferens: & contra legem dei ſacrificium ſibi uiolenter aſſumens: reſiſtente ſibi Azaria ſacerdote obtemperare nollet & cedere: diuina indignatione confuſus: & lepræ uarietate in fronte maculatus eſt: ea parte corporis notatus offenſo domino: ubi ſignantur qui dominum promerentur. Et filii Aaron: qui impoſuerunt altari ignem alienum: quem non præceperat dominus: in conſpectu ſtatim domini uindicantis extincti ſunt. Q uos imitãtur ſcilicet atq; ſectãtur: qui dei traditione contempta alienas doctrinas appetunt: & magiſteria humanæ inſtitutionis inducunt: quos increpat dominus & obiurgat in Euangelio ſuo dicens. Reiicitis mãdatum dei: ut traditionem ueſtram ſtatuatis. Peius hoc crimen eſt: q̃ ꝙ admiſiſſe lapſi uidentur. qui tamen in pœnitentiam criminis conſtituti: deum plenis ſatiſfactionibus deprecantur. Hic Eccleſia quæritur & rogatur. Illic Eccleſiæ repugnatur. hic poteſt ne-

ceſſitas fuiſſe. Illic uoluntas teneꝫ in ſcelere. Hic qui lapſus eſt ſibi tantum nocuit. Illic qui hæreſim uel ſciſma facere conatus eſt: multos ſecũ trahẽdo decepit. Hic animæ unius ẽ dãnum: Illic periculum plurimorũ. Certe pec/caſſe ſe: & hic intelligit & lamentaꝫ & plangit. Ille tumens in peccato ſuo: & in ipſis ſuis delictis placens: a matre filios ſegregat: oues a paſtore ſollici tat: dei ſacramenta diſtrubat. Et cũ lapſus ſemel peccauerit: ille quottidie peccat. Poſtremo lapſus martyriũ primitionẽ conſecutus poteſt regni pro miſſa percipere: Ille ſi extra Eccleſiam fuerit occiſus: ad Eccleſiæ non pót præmia peruenire. Nec quiſq̃ miretur dilectiſſimi frẽs etiam de Confeſſori bus quoſdam ad iſta procedere: inde quoq; aliquos tã nefãda q̃ grauia pec care. Neq; enim cõfeſſio immunẽ facit ab inſidiis diaboli: aut contra tenta tiones: & pericula: & incurſus: atq; impetus ſæculares ad hoc í ſæculo poſi tum: ꝑpetua ſecuritate defendit. cæterum nunq̃ incõfeſſoribus fraudes & ſtupra: & adulteria poſtmodũ uideremus: quod nũc in q̃buſdam uidentes ingemiſcimus & dolemus. Q uiſqs ille confeſſor eſt Salomone maior: aut melior: aut carior nõ eſt: q tamen q̃diu in uiis domini ambulauit: tãdiu gra tiam: quã de domino fuerat conſecutus: obtinuit. Poſtq̃ dereliquit domini uiam: ꝑdidit & gratiã domini. Et ideo ſcriptũ eſt. Tene quod habes: ne ali us accipiat coronã tuã. Q uod utiq; domius nõ minareꝫ auferri poſſe coro nã iuſticiæ: niſi qa recedẽte iuſticia recedat neceſſe eſt & corona. Cõfeſſio exordium gloriæ eſt: non meritum iam coronæ: nec perficit laudem: ſed ini tiat dignitatem Cumq; ſcriptum ſit. qui perſeuerauerit uſq; in finem: is ſal/us erit. quicquid ante finem fuerit gradus eſt: quo ad faſtigium ſalutis aſcẽ ditur: non terminus: quo iam culminis ſumma teneatur. Confeſſor eſt: ſed poſt cõfeſſionẽ periculum maius eſt: quia plus aduerſarius prouocatus eſt. Confeſſor eſt: hic magis ſtare debet cũ domini Euangelio: ꝑ Euangeliũ glo riam cõſecutus a domino. Cui multũ daꝫ: multũ quæreꝫ ab eo: & cui plus dignitatis aſcribitur: plus de illo exigitur ſeruitutis. Nemo per confeſſoris exemplum pereat. Nemo iniuſticiam: nemo inſolentiam: nemo perfidiam de confeſſoris moribus diſcat. Confeſſor ẽ: ſit humilis & quietus: ſit í actu ſuo cum diſciplina modeſtus: ut qui chriſti confeſſor dicitur: chriſtum quẽ confitetur imitetur. Nam cum dicat ille. qui ſe extollit: humiliabitur. Et q humiliat ſe exaltabitur: & ipſe a patre exaltatus ſit: quia ſe in terris ſermo & uirtus: & ſapientia dei patris humiliauit: quomodo poteſt extollentiam diligere: qui & nobis humilitatem ſua lege mandauit: & ipſe a patre ãpliſſi mum nomen præmio humilitatis accepit? Confeſſor eſt chriſti: ſed ſi nõ po ſtea blaſphemetur magieſtas & dignitas chriſti. Lingua chriſtum confeſſa non ſit maledica: non ſit turbulenta: non conuitiis & litibus perſtrepens

audiatur. Non contra fratres & dei ſacerdotes poſt uerba laudis ſerpentis uenena iaculetur. Cæterum ſi culpabilis & deteſtabilis poſtmodum fuerit: ſi confeſſionem ſuã mala cõuerſatione prodiderit: ſi uitã ſuam turpi fedita te maculauerit: ſi Eccleſiam deniq; ubi cõfeſſor factus eſt: derelinquens & unitatis cõcordiam ſcindens: fidem primam pfidia poſteriore mutauerit: blandiri ſibi per confeſſionẽ non põt quaſi electus ad gloriæ præmiũ: quã do ex hoc ipſo magis creuerint merita pœnarũ. Nam & Iudam ites apoſto/ los dominus elegit: & tamen iudas dominũ poſtmodũ prodidit. Nõ tamẽ idcirco Apoſtolorũ fides & firmitas cecidit: qa proditor iudas ab eorũ ſo/ cietate defecit. ſic & hic non ſtatim confeſſorum ſanctitas: & dignitas com minuta eſt: qa quorũdam fides fracta ẽ. Beatus apoſtolus loquitur in epi/ ſtola ſua dicens. Quid enim ſi exciderunt a fide quidam illorum: nunquid infidelitas illorũ fidem dei euacuauit? Abſit. Eſt enim deus uerax: omnis ãt homo mendax. Stat confeſſorum pars maior & melior i fidei ſuæ robore: & i legis ac diſciplinæ dominicæ ueritate. Nec ab Eccleſiæ pace diſcedũt: qui ſe in Eccleſia gratiã conſecutos de dei dignatione meminerũt. atq hoc ipſo ampliorem conſecunt fidei ſuæ laudẽ: q; ab eorum perfidia ſegrega/ ti: qui iuncti confeſſionis conſortio fuerunt: a contagio criminis receſſe/ runt: uero illuminati euangelii lumine: pura & candida domini luce radia ti: tã ſunt in conſeruanda chriſti pace laudabiles: q̃ fuerunt in diaboli con greſſione uictores. Opto æquidem dilectiſſimi frẽs & cõſulo pariter & ſua deo: ut ſi fieri poteſt nemo de fratribus pereat: & conſentientis populi cor pus unũ gremio ſuo mater includat. Si tamẽ quoſdã ſciſmatũ duces: & diſ ſenſionis auctores: in cæca & obſtinata dementia pmanentes: nõ potuerit ad ſalutis uiã conſiliũ ſalubre reuocare. Cæteri tamen uel ſimplicitate cap/ ti: uel errore inducti: uel aliqua fallentis aſtutiæ calliditate decepti: a falla ciæ uos laqueis ſoluite: uagantes greſſus ab erroribus liberate: iter rectum uiæ cæleſtis agnoſcite. Cõteſtantis apoſtoli uox eſt: Præcipimus uobis in/ quit in nomine domini Ieſu Chriſti: ut recedatis ab omnibus fratribus am/ bulantibus inordinate & nõ ſecundũ traditionẽ: quã acceperũt a nobis. & iterũ dicit. nemo uos decipiat inanibus uerbis. Propterea enĩ uenit ira dei ſup filios cõtumaciæ. Nolite ergo eẽ pticipes eorũ. Recedẽdũ ẽ a delinquẽ tibus: uel imo fugiendũ: ne dũ quis male ãbulantibus iungit & p itinera er roris & crimis gradit: a uia ueri itineris exerrãs: pari crimie & ipſe teneat: Vnus deus ẽ & chriſtus unus: & una Eccleſia eius: & fides: & plebs i ſolidã corpis unitatẽ concordiæ glutino copulata. Scindi unitas nõ põt: nec cor pus unũ diſcidio cõpaginis ſepari: diuulſis laceratione uiſceribus i fruſtra diſcerpi. Quicq̃d a matrice diceſſerit ſeorſũ uiuere & ſpirare nõ poterit:

Traditionis ſer// nande

Subſtantiam ſalutis amittit. Monet nos ſpiritus ſanctus & dicit. Quis eſt homo qui uult uitam: & amat uidere dies optimos? Cōtine linguā tuā a malo: & labia tua ne loquātur inſidioſe. Declina a malo & fac bonum: quære pacem & ſequere eā. Pacē querere debet & ſequi filius pacis: a diſſenſionis malo continere linguā ſuā debet: q nouit & diligit uinculū caritatis. Inter ſua diuina mādata & magiſteria ſalutaria paſſioni iā ꝓximus dominus addidit dicēs. Pacē dimitto uobis: pacē meā do uobis. Hāc nobis hæreditatē dedit: dona omnia ſuæ pollicitationis & præmia ī pacis cōſeruatione ꝓmiſit. Si cohæredes chriſti ſumus: in Chriſti pace maneamus. Si filii dei ſumus: pacifici eē debemus. Beati inqt pacifici: quoniā ipſi filii dei uocabuntur. Pacificos eē oportet dei filios: corde mites: ſermōe ſimplices: affectiōe cōcordes: fideliter ſibi unanitatis nexibus cohærentes. Hæc unanitas ſub Apoſtolis olim fuit. Sic nouus credentiū populus domini mādata cuſtodiens caritatē ſuā tenuit. ꝓbat ſcriptura quæ dicit. Turba autē eoꝝ: q crediderant: ania & mente una agebant. & iterū. Et erant pſeuerātes unanimes in oratiōe cū mulieribus: & Maria quæ fuerat mater Ieſu: & fratribus eius. Et iō efficacibus precibus orabāt: ideo ipetrare cū fiducia poterāt quodcū q̄ de domini miſericordia poſtulabant. In nobis uero ſic unanimitas diminuta ē: ut & largitas opationis infracta ē. Domos tunc & fundos uenundabāt: & theſauros ſibi ī cælo reponētes: diſtribuenda ī uſus idigentiū precia apoſtolis offerebāt. At nunc de patrimonio nec decimas damus: & cum uēdere iubeat dominus: emimus potius & augemus. Sic ī nobis emarcuit uigor fidei: ſic credentiū robur elanguit. Et idcirco dominus tēpora nr̄a reſpiciens ī Euangelio ſuo dicit. filius hoīs cū uenerit: putas inueniet fidē in terra? Videmus fieri: qd̄ ille prædixit. In dei timore: ī lege iuſticiæ: in dilectione: ī ope fides nulla ē. Nemo futuroꝝ metū cogitat. diē domini: & irā dei: & ícredulis uētura ſupplicia: & ſtatuta ꝓfidis æterna tormēta nemo cōſiderat. Quod metueret cōſcientia nr̄a: ſi crederet. qa non credit oīno nec metuit. Si autē crederet: & caueret. Si caueret: euaderet. Excitemus nos q̄ tū poſſumus dilectiſſimi frēs: & ſōmo inertiæ ueteris abrupto ad obſeruanda & gerenda domini præcepta uigilemus Simus tales quales eſſe nos ipſe præcepit dicēs. Sint lumbi ueſtri accincti: & lucernæ ardentes. Et uos ſimiles hoībus expectātibus dominū ſuū q̄do ueniat a nuptiis: ut cū uenerit & pulſauerit: aperiant ei. Beati ſerui illi: quos adueniens dominus inuenerit uigilātes. Accinctos nos eē oportet: ne cū expeditionis dies uenerit: īpeditos & implicitos apprehendat. Luceat ī bonis opibus noſtrum lumen & fulgeat: ut ipſū nos ad lucem claritatis æterne de hac ſæculi nocte ꝓducat. Expectemus ſolliciti ſemp & cauti aduētū domini repentinū: ut q̄do ille pul/

ſauerit: euigilet fides noſtra uigilãtiæ præmium de domino recuptura. Si hæc mandata ſeruentur: ſi hæc monita & præcepta teneãtur: opprimi dormientes diabolo fallente non poſſumus. Serui uigiles chriſto dominante regnabimus.

Sermo eiuſdẽ de lapſis & coronatis iã martyribus uel ad uitam ſeruatis Docens deũ familiã ſuã hoc examine ꝓbare uoluiſſe: qa traditã diuinitus diſciplinam pax longa corruperat. Deinde multa de corpe chriſti miracula enarrans ad penitentiam hortatur.

Ax ecce dilectiſſimi frẽs eccleſiæ reddita ẽ: & qd̃ difficile nup̃ ĩcredulis: ac pfidis ĩpoſſibile uidebaẽ: ope atq; ultione diuina ſecuritas nr̃a repata ẽ. In læticiã mentes redeunt: & tẽpeſtate præſſuræ ac nube diſcuſſa: tranqllitas ac ſerenitas refulſerunt. Dãdæ laudes deo: & beneficia eius ac munera cũ gratiaꝝ actiõe celebrãda: Q uãuis agere gr̃as nr̃a uox nec ĩ pſecutione ceſſauerit. Neq; enĩ tantũ inimico licere pót: ut nõ q dominũ toto corde: & aĩa: & uirtute diligimus: benedictões eius & laudes ſemp & ubiq; cũ gloria prædicemus. Exoptatus uotis oĩbus dies uenit: & poſt longæ noctis horribilẽ terrãq; caliginẽ dei luce radiatus mundus eluxit. Confeſſores præconio boni noĩs claros: & uirtutis ac fidei laudibus glorioſos: lætis cõſpectibus ĩtuemur: ſcis oſculis adhærentes deſideratos diu ĩexplebili cupiditate cõplectimur. Adeſt militũ chriſti cohors cãdida: q pſecutionis urgẽtis ferociã turbulentã ſtabili cõgreſſione fergerũt: parati ad patiẽtiã carceris: armati ad tolerãtiã mortis. Repugnaſtis forticer ſæculo. Spectaculum glorioſũ præbuiſtis deo. Secuturis fratribus fuiſtis exẽplo. Religioſa uox Chriſtũ locuta eſt: in quẽ ſe ſemel credidiſſe cõfeſſa ẽ. Illuſtres manus: quæ nõ niſi diuinis opibus aſſuerant: ſacrificiis ſacrilegis reſtiterũt. Sãctificata ora cæleſtibus cibis poſt corpus & ſãguinem domini prophana contagia: & idorum reliquias reſpuerunt. Ab impio ſceleratoq; uelamine: quo illic uelabanẽ ſacrificantiũ capita captiua: caput ueſtrũ liberũ manſit. Frõs cũ ſigno dei pura: diaboli coronã ferre nõ potuit: Coronæ ſe domini reſeruauit. Q uã uos læto ſinu excipit mater Eccleſia de prælio reuertentes? q̃ beata: q̃ gaudens portas ſuas aperit: ut adunatis agminibus intretis de hoſte ꝓſtrato trophea referentes? Cum triumphantibus uiris & fœminæ ueniunt: quæ cum ſæculo dimicantes ſexum quoq; uicerunt. Veniũt & geminata militiæ ſuæ gloria uirgines: & pueri ãnos ſuos uirtutibus trãſeũtes. Necnõ & circunſtãtiũ cætera multitudo ueſtrã gloriã ſequitẽ: ꝓximis & pene cõiũctis laudis inſignibus ueſtigia ueſtra comitaẽ. Eadẽ & in illis ſinceritas cordis:

eadem fidei tenacis integritas. Inconcussis præceptorũ cælestiũ radicibus nixos: & euangelicis traditionibus roboratos: nõ prescripta exilia: non destinata tormenta: nõ rei familiaris & corpis supplicia terruerunt. Explorãdæ fidei ptimebant dies. Sed q sæculo renuntiasse se meminit: nullum sæculi diẽ nouit. Nec tẽpora terrena iã cõputat: qui æternitatẽ d deo sperat. Nemo frẽs nemo hanc gloriã mutilet: nemo incorruptam stantiũ firmitatẽ maligna obtrectatione debilitet. Cũ die negantibus præstitutus excessit: quisquis professus intra diem non est: Christianũ se esse cõfessus ẽ. Primus est uictoriæ titulus gentilium manibus appræhensum dominũ confiteri: secundus ad gloriam gradus ẽ: tanta secessione subtractũ domino reseruari. Illa publica: hæc priuata cõfessio est. Ille iudicem sæculi uincit: hic contẽptus deo suo iudice: conscientiam purã cordis itegritate custodit. Illic fortitudo prõptior. hic solicitudo securior. Ille appropinquãte hora sua iam maturus inuentus ẽ. Hic fortasse dilatus ẽ: q patrimonio derelicto idcirco secessit: quia nõ erat negaturus: confiteret utiq; si fuisset & ipse detentus. Has martyrũ cælestes coronas: has cõfessoꝝ glorias spiritales: has stantiũ fratrũ maximas exiasq; uirtutes: mestitia una contristat: q; auulsam nostrorũ uiscerꝝ partẽ uiolentus inimicus populationis suæ stragæ deiecit. Quid hoc loco faciã dilectissimi frẽs fluctuans uario mentis æstu? Quid aut quõ dicam? Lachrymis magisq; uerbis opus est: ad exprimendũ dolorẽ: quo corporis nostri plaga deflenda est: quo populi aliq̃do numerosi multiplex lamentanda iactura est. Quis enĩ sic durus ac ferreus: qs sic fraternæ caritatis oblitus: qui inter suoꝝ multiformes ruinas: & lugubres ac multo squalore deformes reliqas constitutus: siccos oculos tenere præualeat? Nec erumpente statim fletu prius gemitus suos lachrymis q̃ uoce de promat? Doleo fratres doleo uobiscũ: nec mihi ad leniendos dolores meos integritas propria & sanitas priuata blanditur: quando plus pastor in gregis sui uulnere uulneretur. Cum singulis pectus meum copulo: meroris & funeris põdera luctuosa participo. Cũ plangentibus plango: cum deflentibus defleo: cum iacentibus iacere me credo. Iaculis illis grassantis inimici mea membra simul percussa sunt. sæuientes gladii per mea uiscera transierũt. Immunis & liber a persecutionis incursu fuisse non potest animus. In prostratis fratribus & me prostrauit affectus. Habenda tamen est fratres dilectissimi ratio ueritatis: nec sic mentem & sensum persecutionis infestæ tenebrosa caligo cecasse: ut nihil remanserit lucis & luminis: unde diuina præcepta perspici possint: Si cladis causa cognoscitur: & medela uulneris inuenitur: Deus probare familiam suam uoluit: Et quia traditam nobis diuinitus disciplinam pax longa corruperat iacentem fidem & pene

dixerim dormientem: censura cælestis erexit. Cũq; nos pro peccatis nostris amplius meremur: Clementissimus dominus sic concta moderatus ẽ: ut hic omne. quod gestũ est: exploratio potius q̃ ꝓsecutio uideret. Studebant augendo patrimonio singuli: & obliti quid credẽtes: aut sub Apostolis ante fecissent: aut semp facere deberent: insatiabili cupiditatis ardore amplian tis facultatibus incubabant. Non in sacerdotibus religio deuota. non in ministeriis fides integra. Non in operibus misericordia. non in moribus disciplina. Corrupta barba i uiris: i fœminis forma fucata. Adulterati post dei manus oculi: capilli mẽdacio colorati. Ad decipienda corda simpliciũ callidæ fraudes. circũueniendis fratribus subdolæ uoluntates. Iũgere cũ i/fidelibus uinculũ matrimonii: ꝓstituere cũ infidelibus mẽbra Christi. Nõ iurare tantũ temere: sed ad hoc etiã peierare. Præpositos supbo tumore cõ fenere: uenenato sibi ore maledicere. O diis ꝑtinacibus inuicem dissidere. Episcopi plurimi: quos & ornamẽto esse optet cæteris & exẽplo: diuina ꝑ curatione contẽpta ꝓcuratores reꝝ sæculariũ fieri: derelicta cathedra: plebe deserta: ꝑ alienas prouintia oberrãtes: negotiationis quæstuose nundi/nas aucupari: Exurientibus i Ecclesia fratribus habere argẽtũ largiter: uel le fundos insidiosis fraudibus rapere: usuris multiplicãtibus fenus augere Quid nõ ꝓpeti tales pro peccatis eiusmodi meremur? Cũ iã pridem premo nuerit ac dixerit censura diuina: si dereliquerint legẽ meã: & in iudiciis meis non ambulauerint: si iustificatões meas ꝓphanauerint: & præcepta mea non seruauerint: uisitabo in uirga facinora eoꝝ: & i flagellis delicta eorũ? Prænunciata sũt ista nobis & ante prædicta. Sed nos datæ legis & obseruationis imemores: id egimus ꝑ nostra peccata: ut dũ domini mãdata contẽnimus: ad correctionem delicti: & ꝓbationem fidei remediis sæuerioribus ueniremus. Nec saltem sero conuersi ad domini timorem sumus: ut hanc correctionem nostram probationemq; diuinam patienter subiremus. Ad prima statim uerba minantis inimici maximus fratrum numerus fidem suam prodit: nec prostratus est persecutionis impetu: sed uoluntario lapsu seipse prostrauit. Quid oro inauditum: quid nouum uenerat: & uelu/ti incognitis atq; inopinatis rebus exortis christi sacramentum temeritate præcipiti solueretur? Nonne hæc & Prophetæ ante & Apostoli postmodũ nũciauerũt? Nõne iustoꝝ præsuras: & gentiliũ semp iniurias pleni spũ scõ prædicauerunt? Nõne fidẽ nostrã semp armãs & dei seruos cælesti uoce corroborãs dicit scriptura diuina: dominũ deũ tuum adorabis: & illi soli seruies? Nõne irã diuinæ idignatõis ostẽdẽs: & pene metũ præmonẽs denuo dicit: adorauerũt eos: quos fecerũt digiti eoꝝ: & curuatus est hõ: & humilia tus est uir: & nõ laxabo illis? Et iterum deus loquitur dicẽs. Sacrificãs diis

eradicabitur: niſi deo ſoli. Ii Euangelio quoq; poſtmodũ dominus i uerbis doctor: & cõſummator in factis: docens qd fieret: & faciens quodcũq; do cuiſſet: Q uicqd nunc geritur & gereť: nonne ante præmonuit? Nonne & neguntibus æterna ſupplicia: & ſalutaria confitentibus præmia ante cõſti tuit? Exciderunt quibuſdã proh nephas omnia: & de memoria receſſerũt. Non expectauerunt ſaltẽ: ut aſcenderent apprehenſi: ut interrogati nega/ rẽt. Ante aciem multi uicti: ſine cõgreſſione proſtrati: nec hoc ſibi relique runt: ut ſacrificare idolis uiderent inuiti. Vltro ad forũ currere: ad mortẽ ſponte properare: quaſi hoc olim cuperent: quaſi amplecterent occaſionẽ datam: quam ſemper optaſſent. Q uot illic a magiſtratibus ueſpa urgente dilati ſunt? quot ne eo⁹ differretur interritur etiã rogauerunt? Q uam uim põt talis obtendere: qua crimen ſuũ purget: cum uim magis ipſe fecerit: ut periret? Nonne q̃do ad Capitoliũ ſponte uentum eſt: quando ultro ad ob ſequium diri facinoris acceſſum eſt: labauit greſſus: caligauit aſpectus: tre muerunt uiſcera: brachia conciderunt? Nõ ſenſus obſtupuit: ſermo hæſit: lingua defecit? Stare illic potuit dei ſeruus: & loq & renunciare chriſto: q iam diabolo renunciarat & ſæculo? Non ara illa: quo moriturus acceſſit: rogus illi fuit? Non illi altare: quod fetore retro fumare: ac redolere cõſpe xerat: uelut fumus & buſtũ uitæ ſuæ horrere ac fugere debebat? Q uid ho/ ſtiã tecũ miſer: qd uictimã immolaturus uel ſupplicaturus iponit? Ipſe ad aras hoſtia: uictima ipſe ueniſti. Immolaſti illic ſalutẽ tuã: ſpem tuã. Fidem tuã funeſtis illis ignibus cõcremaſti. Ac multis proprius interitus ſatis non fuit. Hortamẽtis mutuis i exitiũ populus impulſus ẽ. Mors iuicẽ lætali po culo ꝓpinata eſt. Ac ne qd deeſſet ad criminis cumulũ: infantes quoq; pa/ rentũ manibus uel impoſiti uel attracti. Amiſerunt puuli: qd i primo ſtati natiuitatis exordio fuerãt cõſecuti. Nõne illi cũ iudicii dies uenerit dicẽt. Nos nihil fecimus: nec derelicto cibo & poculo dei ad ꝓphana cõtagia ſpõ te ꝓperauimus: pdidit nos aliena pfidia: pntes ſẽſimus pricidas: Illi nobis eccleſiã matrẽ: illi patrẽ deũ negauerũt: ut dũ pui & iprouidi: & tãti facino ris ignari p alios ad cõſortiũ criminũ iungimur: aliena fraude moreremur? Nec ẽ proh dolor iuſta aliq̃ & grauis cã: quæ tãtũ facinus excuſet. Relíquẽ da era patria & patrimonii faciẽda iactura. Cui enĩ naſcẽti atq; moriẽti nõ relinquẽda quandoq; patria: & patrimonii ſui faciẽda iactura eſt? Vt Chri ſtus nõ relinquatur: ſalutis ac ſedis æternæ iactura timeatur: Clamat ecce p prophetam ſpiritus ſanctus. Diſcedite: diſcedite: exite inde: & immundũ nolite tangere. Exite de medio eius: ſperamini qui fertis uaſa domini. & q ſunt uaſa domini ac templum dei: ne immundũ tangere: & ferialibus cibis pollui uiolariq; cogantur: non exeunt de medio nec recedunt? Alibi quoq;

uox auditur e cælo premonens q̃d dei ſeruos facere conueniat dicens. Exi/
te eya populus meus: ne particeps ſis delictorũ eius: & ne perſtringaris pla
gis eius. Q ui exit & cædit: delicti pticeps nõ fit. Plagis uero & ipſe conſtri
gitur: qui ſotius criminis inuenit. Et ideo dominus in perſecutione ſecede
re & fugere mãdauit: atq; ut id fieret: & docuit & fecit. Nam cum corona
de dei dignatione deſcendat: nec poſſit accipi: niſi fuerit hora ſumẽdi: q̃ſ/
quis in chriſtum manens interim cædit non fidem denegat: ſed tempus ex/
pectat. Q ui autẽ cum non ſecederet: cædit: remanſit negaturus. Diſſimu
landa frẽs ueritas nõ eſt: nec uulneris noſtri materia & cauſa reticenda. De
cepit multos patrimonii ſui amor cæcus: nec ad recedẽdum: parati: aut ex
pediti eſſe potuerunt: quos facultates ſuæ uelut compedes ligauerunt. Illa
fuerunt remanentibus uincula ille cathenæ: quibus & uirtus retardata eſt:
& fides præſſa: & mens uincta: & ania præcluſa: ut ſerpenti terram (ſecun
dum dei ſententiã) deuoranti preda & cibi fierent: qui terreſtribus inhære
rent. Et iccirco dominus bonorum magiſter: & præmonẽs i futurum. ſi uis
inquit perfectus eſſe: uende omnia tua: & da pauperibus: & habebis the/
ſaurum in cælis: & ueni ſequere me. Si hoc diuites facerent: per diuitias nõ
perirent. theſaurũ in cælo reponentes: hoſtem nunc & expugnatorẽ dome
ſticũ non haberent. Eſſet in cælo cor: & animus: & ſenſus: ſi theſaurus eẽt
in cælo. Nec uinci a ſæculo poſſet: q̃ unde uinceretur a ſæculo nõ haberet.
Sequereť dominum ſolutus & liber: ut Apoſtoli & ſub Apoſtolis multi &
nõnulli ſæpe fecerunt. Q ui & rebus ſuis & pentibus derelictis: indiuiduis
Chriſto nexibus adhæſerunt. Sequi autẽ chriſtum quõ poſſunt: q̃ patrimo
nii uinculo detinenť? aut quomodo cælum petunt: & ad ſublimia & alta
cõſcẽdunt: qui terrenis cupiditatibus degrauantur? Poſſidere ſe credunt:
qui potius poſſidentur: cenſus ſui ſerui: nec ad pecuniã ſuã domini: ſed ma
gis pecuniæ mãcipati. Hoc tẽpus: hos homines Apoſtolus denotat dicẽs.
Q ui autẽ uolunt diuites fieri: incidunt in tentationẽ: muſcipulas: & deſi/
deria multa: & nocentia: quæ mergunt hominem in perditionẽ & interitũ:
Radix enim omnium maloꝝ ẽ cupiditas: quã quidã appetẽtes errauerũt a
fide: & inſeruerunt ſe doloribus multis. Dominus ãt: q̃bus nos præmiis ad
contemptũ rei familiaris inuitatur? parua hæc & exigua huius tẽporis dam
na: quibus mercedibus penſat? Nemo eſt inquit qui relinquat domum:
aut agrum: aut parentes: aut fratres: aut uxorem: aut filios: propter re/
gnum dei: & non recipiat ſepties tantum in iſto tempore: in ſæculo autem
uenturo uitam æternam. Q uibus cognitis: & de domini pollicentis ueri/
tate compertis: non tantum timenda non eſt eiuſmodi: ſed & optanda ia/
ctura ipſo denuo domino prædicãte & monẽte. Beati eritis cũ pſecuti uos

fuerint: & ſepauerint uos & expulerint: & maledixerint nomini ueſtro: ut neq; ꝓpter filiū hois. Gaudete in illa die & exultate: ecce enī merces ueſtra multa eſt in cælis. Sed tormēta poſtmodū uenerant: & cruciatus graues reluctantibus iminebant. Q ueri de tormentis pōt: q per tormenta ſupatus eſt. Et excuſationē doloris obtēdere: q uictus eſt i dolore. Poteſt rogare talis & dicere. Certare quidē fortiter uolui: & ſacramēti mei memor deuotionis ac fidei arma ſuſcepi. Sed me i cōgreſſione pugnantē cruciamēta uaria & ſupplicia longa uicerunt. Stetit mens ſtabilis: & fides fortis: & cum torquētibus pœnis imobilis diu aīa luctata eſt. Sed cū duriſſimi iudicis recrudeſcentefæuitia iā fatigatum nunc flagella adhoc ſcinderent: nūc cōtunderent fuſtes: nūc equuleus extēderet: nūc ungula effoderet: nunc flāma torret: caro mea in colluctatione deſeruit: infirmitas uiſcerum ceſſit: nec aius ſed corpus in dolore defecit. Pōt cito pficere ad ueniā cauſa talis. Pōt eiuſmodi excuſatio eē miſerabilis. Sic hic Caſto & Aemilio aliquādo dominus ignouit. Sic i prima cōgreſſione deuictos: uictores i ſecundo prælio reddidit: ut fortiores ignibus fierent: q ignibus ante ceſſiſſent: & unde ſuperari eſſent: inde ſuparent. Depræcabant illi nō lachrymarum miſeratione: ſed uulnerū: nec ſola lamentabili uoce: ſed laceratione corpis & dolore. Manabat pro fletibus ſanguis: & pro lacrymis cruor: ſeni uſtulatis uiſceribus defluebat. Nūc uero quæ uulnera oſtendere uicti poſſunt? quas plagas hiantium uiſcerū? quæ tormenta mēbroꝝ: ubi nō fides cōgreſſa cæcidit: ſed cōgreſſionem pfidia preuenit? Nec excuſat oppreſſū neceſſitas criminis: ubi crimen eſt uolūtatis. Nec hoc ex eo dico: ut fratrū cauſas onerē: ſed ut magis frēs ad precē ſatiſfactionis inſtigē. Nā cum ſcriptū ſit, q uos felices dicunt: in errorem uos mittunt: & ſemitas pedū ueſtroꝝ turbant: q peccantē blandimentis adulantibus palpat: pecandi fomitē ſubminiſtrat. Nec comprimit delicta ille: ſed nutrit. At qui conſiliis fortioribus adarguit ſimul: atq; inſtruit fratrē: promouet ad ſalutē. Q uos diligo inqt dominus redarguo: & caſtigo. Sic oportet dei ſacerdotē non obſequiis decipientibus fallere: ſed remediis ſalutaribus prouidere. Imperitus eſt medicus: qui tumentes uulnerū ſinus manu parcente contrectat: & in altis receſſibus uiſcerum uirus incluſum: dum ſeruat: exaggerat. Aperiendum uulnus eſt & ſecādū: & putaminibus amputatis medela fortiore curandum. Vociferetur & clamet licet: & conqueratur eger impatiens per dolorem: gratias agit poſtmodum: cum ſenſerit ſanitatem. Emerſit enim fratres dilectiſſimi nouum genus cladis: & quaſi parum perſecutionis procella ſeuierit: acceſſit ad cumulum ſub miſericordiæ titulo malum fallens & blanda pernities. Contra Euangelii uigorem: contra domini ac dei legem temeritate quorūdā laxat

incautis cõmunicatio. Irrita & falsa pax piculosa dãtibus: & nihil accipientibus ꝓfutura. Non quærunt sanitatis patientiã: nec uerã de satisfactione medicinam. Pœnitẽtia de peccatoribus excluſa ẽ: grauissimi extremiq; delicti memoria ſublata ẽ. Operiunt᷑ morientiũ uulnera: & plaga letalis altis & profũdis uiſceribus ifixa: diſſimulato dolore cõtegit᷑. A diaboli aris reuertentes: ad ſanctũ deũ ſordidis & infectis nidore manibus accedunt. Mortiferos idolo⁊ cibos adhuc ructãtes: exhalãtibus etiã nunc ſcelus ſuum faucibus: dei corpus inuadunt: quando occurat ſcriptura diuina & clamet & dicat. omnis mundus manducabit carnem: & anima quæcunq; manducauerit ex carne ſalutaris ſacrificii: qd᷑ eſt domini: & immunditia eius ſup ipſũ: & peribit anima illa de populo ſuo. Apoſtolus itẽ teſtetur & dicat. non poteſtis calicẽ domini bibere & calicem demoniorũ: non poteſtis menſæ domini cõmunicare & mẽſæ demoniorum. Idẽ cõtumacibus & paruicacibus cõminetur & denunciet dicens. qcunq; ederit panẽ: aut biberit calicem domini idigne: reus erit corpis & ſanguinis domini. Spretis his oibus atq; cõtemptis: uis infertur corpori eius & ſanguini eius. Plus modo in dominum manibus atq; ore delinquunt: q̃ cum dominũ negauerunt. Ante expiata delicta: ante exhomologeſin factam criminis: ante purgatã cõſcientiã ſacrificio & manu ſacerdotis: ante offenſam placatã indignantis domini & minãtis: pacem putant eſſe: quam quidam uerbis fallacibus uenditant. Non eſt pax illa: ſed bellum. Nec Eccleſiæ iungit᷑: q ab Euãgelio ſeparatur. Quid iniuriam beneficium uocant᷑? Quid impietatem uocabulo pietatis appellant᷑? Quid eis: q flere iugiter: & rogare dominũ ſuum debent: intercepta pœnitẽtiæ lamentatione communicare ſe ſimulant᷑? Hoc ſunt eiuſmodi lapſis: quod grando frugibus: quod turbidum ſydus arboribus: quod armentis peſtilens uaſtitas: quod nauigiis ſæua tempeſtas. Solatium æternæ ſpei adimunt: a radice ſubuertunt: ſermone morbido ad lætale contagium ſerpunt. Nauem in ſcopulos: ne in portum perueniat: illidunt. Non cõcedit pacem facilitas iſta: ſed tollit: nec communicationẽ tribuit: ſed impedit ad ſalutem. Perſecutio eſt hæc alia & alia tentatio: ꝑ quam ſubtilis inimicus impugnãdis ad hoc lapſis occulta populatione graſſatur: ut lamentatio conquieſcat: ut dolor ſileat: ut delicti memoria uaneſcat: cõprimatur pectorũ gemitus: ſtatuatur fletus oculorum: nec dominum grauiter offẽſũ longa & plena pœnitentia deprecetur: cum ſcriptum ſit. Memento unde cæcideris: & age pœnitentiam. Nemo ſe fallat: nemo decipiat. Solus dominus miſereri põt. Veniam peccatis: quæ in ipſũ cõmiſſa ſũt: ſolus poteſt ille largiri: qui peccata noſtra portauit: qui pro nobis doluit: quem deus tradidit pro peccatis noſtris. Homo deo eſſe non põt maior: nec remittere: aut donare

indulgentia ſua ſeruus põt: quod in dominũ delicto grauiore commiſſum eſt: ne adhuc lapſo & hoc accedat ad crimen: ſi neſciat eſſe prædictum. ma ledictus homo qui ſpem habet in homine. dominus orandus eſt: dominus noſtra ſatiſfactione placandus ẽ: qui negantẽ negare ſe dixit: q̃ omne iudi cium de patre ſolus accepit. Credimus quidẽ poſſe apud iudicem plurimũ ualere Martyrũ merita & opa iuſtorũ: ſed cũ iudicii dies uenerit: cum poſt occaſum ſæculi huius & mundi ante tribunal chriſti populus eius aſtiterit: Cæterũ ſi qs præpropera feſtinatione temerarius remiſſionẽ ſe cunctis da re putat poſſe: aut audet domini præcepta reſcidere: nõ tantũ nihil ꝓdeſt: ſed & obeſt lapſis. Prouocaſſe ẽ iram: nõ ſeruaſſe ſententiã: nec miſericor diam prius dei deprecandã putare: ſed contẽpto domino de ſua facilitate præſumere. Sub ara dei animæ occiſoꝝ Martyrũ clamant magna uoce di centes. Q uouſq; domine ſanctus & uerus nõ iudicas & uindicas ſanguiné noſtrũ de iis: q̃ in terris inhabitant? & reqeſcere ac patientiã adhuc tenere iubent. Et quemquam poſſe aliquis exiſtimat remittẽdis paſſim donãdiſq; peccatis bonũ fieri cõtra iudicem uelle: aut priuſq̃ uindicet: ipſe alios poſ ſe defendere? Mandãt aliqd Martyres fieri? Si iuſta: ſi licita: ſi nõ cõtra ip ſum dominũ a dei ſacerdote facienda ſunt: ſi obtẽperantis facilis & prona conſenſio: ſi petentis fuerit religioſa moderatio. Mandãt aliqd Martyres fieri? Sed ſi ſcripta nõ ſunt in domini lege: quæ mandãt: ante eſt ut ſciamus illos de deo impetraſſe: quod poſtulant: tunc facere quod mandant. Neq; enim ſtatim uideri põt de diuina magieſtate conceſſum: quod fuerit huma na pollicitatione promiſſum. Nã & Moyſes ꝓ peccatis populi petiit: nec tamen peccantibus ueniã: cũ petiſſet: accepit. Precor ait domine deliquit hic populus delictũ grãde. Et nunc ſi dimittis eis delictũ dimitte. Sin autẽ dele me de libro: quẽ ſcripſiſti. Et dixit dominus ad Hoyſen. Si quis deli quit ante me: deleã eũ de libro meo. Ille amicus dei: ille facie ad faciẽ locu tus cũ deo: quod petiit impetrare non potuit: nec dei indignãtis offenſam ſua deprecatione pacauit. Hieremiã deus laudat & prædicat dicens. Priuſ q̃ te formarẽ i utero: noui te: & priuſq̃ exires de uulua: ſanctificaui te: & ꝓ phetam ingentibus dedi te: & eidem pro peccatis populi deprecanti fre quentius & oranti: noli ait orare pro populo hoc: & noli poſtulare pro eis i prece & oratione: quia non exaudiam in tempore in quo inuocabunt me: i tempore afflictionis ſuæ. Q uid uero iuſtius Noe: qui cum repleta eẽt ter ra peccatis: ſolus inuentus ẽ iuſtus i terris? Q uid glorioſius Daniele? quid ad facienda martyria in fidei firmitate robuſtius? in dei dignatõe felicius? qui totiens & cum confligeret uicit: & cum uincere ſuperuixit? Q uid iob i operibus promptius: in tentationibus fortius: i dolore patientius: i timore

ſummiſſimus: in fide uerius? Nec his tamen ſi rogarent conceſſurum ſe de
us dixit: cum Propheta Ezechiel pro delicto populi deprecaretur. Terra i-
quit quæcunq; peccauerit mihi: ut delinquat delictum extendam manū me
am ſuper eā: & obteram ſtabilimentū panis: & imittam in eam famē: & au-
feram ab ea hominem & pecora. Et ſi fuerint tres uiri ii i medio eius: Noe:
Daniel: & Iob: non liberabunt filios neq; filias: ipſi ſoli ſalui erunt. Adeo
non omne quod petitur in preiudicio petenti: ſed in dantis arbitrio ē. Nec
quicq̄ ſibi uſurpat & uindicat humana ſententia: niſi annuat & cenſura di
uina. In euangelio dominus loquitur. dicens. Q ui confeſſus me fuerit co-
ram hominibus: & ego confitebor eum corā patre meo: qui in cælis ē. Q ui
autem me negauerit: & ego negabo eū. Si ſe negantem non negat: nec con
fitentem confitet. Non poteſt Euangelium in parte conſiſtere: & in pte nu
tare: Aut utrūq; opus ualeat: aut utrūq; uim ueritatis amittat. Si negantes
rei criminis non erunt: nec cōfitētes præmiū uirtutis accipient. Porro ſi fi-
des quæ uicerit: coronatur: neceſſe eſt ut uicta pfidia puniatur. Ita Marty
res: aut nihil poſſunt: ſi euangelium ſolui poteſt: aut ſi Euangelium nō pōt
ſolui: contra Euangelium facere non poſſunt: qui de Euangelio Martyres
fiunt. Nemo fratres dilectiſſimi infamet Martyrum dignitatē. Nemo eoꝝ
glorias deſtruat: & coronas. Manet incorruptæ fidei robur incolume: nec
dicere aliud aut facere cōtra chriſtum pōt: cuius & ſpes: & fides: & uirtus:
& gloria omnis in Chriſto ē. Vt ab Epiſcopis contra mandatum dei fiat au
ctores eē non poſſunt: qui ipſi dei mādata fecerunt. An quiſq̄ maior deo:
aut diuina bonitate clementior: q aut infectū uelit: quod paſſus ē deus fie
ri: aut quaſi illi minus poteſtatis ad protegendum eccleſiā ſuam fuerit: au-
xilio nos ſuo putet poſſe ſeruari? Niſi hæc ignaro deo geſta ſunt: Aut nō p
mittente illo oīa iſta uenerunt: cum doceat indociles: & admoneat imme-
mores ſcriptura diuina: quæ loquitur dicens. Q uis dedit in direptionem
Iacob & Iſrael eis: qui prædabantur eum: nōne deus cui peccauerunt & no
lebant in uiis eius ambulare: neq; audire legem eius. Et ſuperduxit ſup eos
iram animationis ſuæ. Et alibi teſtatur ac dicit. Nunquid nō ualet manus
dei ut ſaluos faciat? Aut grauauit aurem: ut non exaudiat? Sed peccata ue
ſtra inter uos & deum ſeparāt: & propter delicta ueſtra auertit faciem a uo
bis: ne miſereatur. Delicta potius noſtra reputemus: actus noſtri & animi
ſecreta uoluentes conſcientiæ merita ponderemus. Redeat in cor noſtrum
non ambulaſſe nos in uiis domini: & abieciſſe legem dei. Præcepta eius &
monita ſalutaria nūq̄ ſeruare uoluiſſe: quid de eo boni ſentias: quem timo
re fuiſſe apud eum: quam fidem credas: quem corrigere nec metus potuit:
quē perſecutio ipſa non reformauit? Alta & errecta ceruix: nec qa cecidit:

inflexa est. Tumens animus & superbus: nec quia uictus est: fractus ẽ. Iacẽs stantibus: & integris uulneratus minatur: & q̃ non statim domini corpus i quinatis manibus accipiat: aut ore polluto domini sanguinem bibat: sacer dotibus sacrilegus irascitur. Atq; o tuam nimiam furiose dementiam: Ira/ sceris ei: qui abs te auertere iram dei nititur: ei minaris: qui pro te domini misericordiam deprecatur. Q ui uulnus tuum sentit: quod ipse nõ sentis, qui pro te lachrymas fundit: quas ipse forsitan non fundis. Oneras adhuc crimen & cumulas. Et cum sis ipse implacabilis: ad antistites dei putas cir/ ca te dominũ posse placari? Accipe potius & admitte quæ loqmur. Q uid surdæ aures salutaria præcepta nõ audiũt: quæ monemus? Q uid cæci ocu li pœnitentiæ iter non uident: quod ostendimus? Q uid perculsa & aliena ta mens remedia uitalia non percipit: quæ de scripturis cælestibus & disci/ mus: & docemus? Aut si incredulis quibusdã minor fides est futurorũ: uel præsentibus terreantur. Ecce eoq; qui negauerunt: quæ supplicia conspici mus: quos eorum tristes exitus flemus. Nec hic eẽ sine pœna possunt: quã/ uis necdum pœnæ dies uenerit. Plectuntur interim quidam: quo cæteri di rigantur. Exẽpla sunt omnium: tormenta paucorum. Vnus ex iis: qui spon te Capitolium negaturus ascendit: postq̃ christum negauit: obmutuit. Pœ na inde cœpit: unde cœpit & crimẽ: ut nec rogare iam posset: qui uerba ad precem misericordiam non haberet. Alia in balneis constituta (hoc eni cri minis eius & malis deerat: ut ad balneas statim pergeret: quæ lauacri uita/ lis gratiam perdidisset) illic ab immundo spiritu immunda correpta lania uit dentibus linguam: qua fuerat uel pasta impie uel locuta. Postquam sce/ leratus cibus sumptus est: in perniciem suam rabies oris armata est. Ipsa sui carnifex extitit: nec diu supereſſe postmodum potuit: doloribus uentris & uiscerum cruciata defecit. Presente ac teste me ipso accipite quid euenerit. Parentes forte fugientes: dum trepidi minus consulunt: sub nutricis alimẽ to paruulam filiam reliquerunt: relictam nutrix detulit ad magistratus. Illi ei apud idolum: quo populus confluebat: q̃ carnem necdum posset edere per etatem: panem mero mixtum: quod tamen & ipsum de immolatione p euntium supererat: tradiderũt. Recepit filiam postmodum mater. Sed fa cinus puella commissum tam loqui & indicare non potuit: q̃ nec intellige/ re prius potuit nec arcere. Ignoratione igitur obreptum est: ut sacrificanti bus nobis eam secum mater inferret. Sed enim puella mixta cum sãctis pre cis nostræ & orationis inspiciens: nunc ploratu concuti: nunc mentis æstu fluctuabunda iactari uult tortore cogente: quibus poterat indiciis conscie tiam facti in simplicibus adhuc annis rudis anima fatebatur. Vbi uero sol lẽnibus adipletis calicẽ diaconus offerre præsẽtibus cœpit: & accipiẽtibus

cæteris locus eius aduenit: faciem ſuam paruula inſtinctu diuinæ maieſta/
tis auertere: os labiis obdurantibus premere: calicem recuſare. Peſtitit ta/
men Diaconus: Et reluctanti licet de ſacramento calicis infudit. Tūc ſeq̄
ſingultus & uomitus. In corpe atq; ore uiolato Euchariſtia ꝑmanere nō po
tuit. Sanctificatus ī domini ſanguine potus: de pollutis uiſceribus erupit.
Tanta eſt poteſtas domini, tanta maieſtas. Secreta tenebrarū ſub eius luce
detecta ſunt: ſacerdotem dei nec occulta crimina fefellerunt. Hoc circa in
fantem: quæ ad loquendū alienum circa ſe crimē necdū habuit ætatem. at
uero ea quæ ætate prouecta: & in annis adultioribus conſtituta ſacrifican
tibus latenter obrepſit: nō cibum: ſed gladium ſibi ſumens & uelut quædā
uenena lœtalia intra fauces & pectus admittens angi: & anima exeſtuante
concludi poſtmodum cepit. Et preſſuram non iam ꝓſecutionis: ſed delicti
ſui paſſa palpitans & tremens concidit. Impunitum diu non fuit nec occul
tum diſſimulate conſcientiæ crimen: quæ fefellerat hominē: deū ſenſit ulto
rem. Et cum quædā arcam ſuam: in qua domini ſanctū fuit: tentaſſet aperi
re: igne inde ſurgente deterrita eſt: ne auderet attingere. Et ꝙs alius & ipſe
maculatus: ſacrificio a ſacerdote celebrato: partem cū ceteris auſus eſt latē
ter accipe: Sanctū dei edere & contractare non potuit: cinerē ferre ſe aptis
manibus inuenit. documento unius oſtenſū ē dominū recedere: cū negaꝫ.
nec immerentibus ad ſalutem prodeſſe: quod ſummiꝫ: quando gratia ſalu
taris in cinerem ſanctitate fugiente muteꝫ. Q uā multi quottidie immūdis
ſpiritibus adimpleꝫ: q̄ multi uſq; ad inſaniā mētis excordes dementiæ fu
rore quatiuntur? Nec neceſſe eſt ire ꝓ exitus ſingulos: cum per orbis multi
formes ruinas tā delictorum pœna ſit uaria: q̄ delinquētium multitudo nu
meroſa. Vnuſq̄ſq; conſideret nō qd alius paſſus ſit: ſed quid pati & ipſe me
reatur. Nec euaſiſſe ſe credat: ſi eum iterim pœna diſtulerit: cū timere plus
debeat: quē ſibi dei iudicis cenſura ſeruauit: ne ſibi quo minus agant peni/
tentiam blandiantur: q & ſi nefandis ſacrificiis manus nō cōtaminauerōt:
libellis conſcientiam polluerunt. Et illa profeſſio ē denegantis conteſtatio
eſt Chriſtiani qd fuerat abnuentis: feciſſe ſe dixit quicqd alius faciendo cō
miſit. Cumq; ſcriptum ſit. non poteſtis duobus dominis ſeruire: ſeruiuit ſæ
culari domino: optemperauit eius edicto. Magis obaudiuit humano impe
rio q̄ deo. Viderit an minore uel dedecore uel crimine apud homines publi
cauerit: quod admiſit. Deum tamen iudicem ſubterfugere & uitare nō po
terit: cum dicat ſpiritus ſanctus ī pſalmis. Q uod eſt imperfectum meum:
uiderunt oculi tui: & in libro tuo omnes ſcribētur. & iterum. Homo uidet
in facie: deus in corde. Ipſe quoq; dominus premoneat & preſtruat dicēs.
& ſcient omnes Eccleſiæ quia ego ſū ſcrutator renis & cordis. Perſpicit ille

abdita & ſecreta: atq; occulta cõſiderat: Nec dei oculos poteſt aliquis euadere dicentis. Ego deus approximans: & loquit deus de longinquo. Si absconditus fuerit homo in abditis: ego ergo nõ uidebo eũ? Videt ille corda & pectora ſingulorũ: & iudicaturus non tantum de factis: ſed & de uerbis & de cogitationibus noſtris: omniũ mentes uolũtateſq; cõceptas i ipſis adhuc clauſi pectoris latebris intuet. Deniq; quando & fide maiore & timore meliore ſunt: q̃ quãuis nullo ſacrificii aut libelli facinore conſtricti quoniã tamẽ de hoc uel cogitauerunt hoc ipſũ: apud ſacerdotes dei doleter & ſimpliciter confitent: exhomologeſin conſcientiæ faciunt: animi ſui pondus exponunt: ſalutarẽ medelam paruis licet & modicis uulneribus exquirunt: ſcientes ſcriptum eſſe. Deus non deridetur. Derideri & circunueniri deus non poteſt: nec aſtutia aliqua fallente deludi. Plus imo delinq̃t: qui ſecundũ hominem deum cogitans: euadere ſe pœnam criminis credit: ſi non palam crimen admiſit. Chriſtus i præceptis ſuis dicit. Qui cõfuſus me fuerit: confundet eũ filius hominis. Et Chriſtianum ſe putat: qui Chriſtianus eſſe aut confunditur: aut uereturꝰ Quomodo poteſt eẽ cum Chriſto: q̃ ad Chriſtum ꝓtinere: aut erubeſcit: aut metuitꝰ Minus plane peccauerit nõ uidendo idola: nec ſub oculis circũſtantis atq; inſultãtis populi ſanctitatẽ fidei profanãdo: nõ polluendo manus ſuas funeſtis ſacrificiis: nec ſceleratis cibis ora maculando. Hoc eo ꝓficit: ut ſit minor culpa: nõ ut innocens cõſcientia. Facilius poteſt ad ueniã chriminis peruenire: nõ eſt tamen imunis a crimine. Nec ceſſet in agenda penitẽtia atq; i domini miſericordia deprecanda: ne q̃d minus eẽ in qualitate delicti uideat: i neglecta ſatiſfactione cumulet. Confiteãtur ſinguli quæſo uos frẽs delictũ ſuum: dũ adhuc q̃ deliquit: i ſæculo eſt: dũ admitti cõfeſſio eius põt: Dum ſatiſfactio & remiſſio facta ꝓ ſacerdotes apud dominũ grata ẽ. Cõuertamur ad dominũ mẽte tota: & penitentiã criminis ueris doloribus exprimentes: dei miſericordiã deprecemur. Illi ſe animã ꝓſternat. Illi mœſtitia ſatiſfaciat. Illi ſpes omnis incumbat. Rogare qualiter debeamus dicit ipſe. Reuertimini inq̃t ad me ex toto corde ueſtro: ſimulq; & ieiunio & fletu & planctu: & ſcindite corda ueſtra & non ueſtimenta. Ad dominũ toto corde redeamus. Iram & offẽſam eius ieiuniis: fletibus: planctibus: ſicut admonet ipſe: placemus. Lamentari eum putamus ex toto corde: ieiuniis: fletibus: planctibus dominũ deprecari: q̃ ex primo criminis die lauacra cũ fœminis quottidie celebrat? q̃ epulis affluentibus paſtus: & ſagina largiore diſtentus: cupiditates ſuas poſtri die eructat? nec cibos ſuos & potus cum pauperũ neceſſitate communicat? Qui hylaris & lætus incedit: quõ mortem ſuam deflet? Cũq; ſcriptum ſit:

non corrumpetis effigiẽ barbæ uestræ: barbã uellit & faciẽ suam comit. Et placere nunc cuiq̃ studet: qui deo displicet? An illa ingemiscit & plangit: cui uacat cultum preciosæ uestis induere: nec indumentum Christi quod p didit cogitare? Accipere preciosa ornamenta: & monilia elaborata: nec di uini & cælestis ornatus damna deflere? Tu licet indumenta peregrina & uestes sericas in duas: nuda es. Auro te licet & margaritis gemmisq; con/decores: sine Christi decore deformis es. Et quæ capillos tuos inficis: uel nunc in doloribus desine. Et quæ nigra pulueris ductu oculorum liniamẽ ta depingis: uel nunc lachrymis oculos tuos ablue. Si quem de tuis ca/rum mortalitatis exitu perdidisses: ingemisceres dolenter & fleres: facie inculta: uestę mutata: neglecto capillo: uultu nubilo: ore deiecto indi/cia meroris ostenderes. Animam tuam misera perdidist: spiritaliter mor/tuam superuiuere hic tibi: & ipsa ambulans: funus tuum portare cepisti: & non acriter plangis: non iugiter ingemiscis? Non te uel pudore cri/minis: uel continuatione lamentationis abscondis? Ecce peiora adhuc peccandi uulnera: ecce maiora delicta: peccasse nec satisfacere: deli/quisse: nec delicta deflere. Ananias Azarias Mcisahel illustres ac no/biles pueri: quominus exhomologesin deo facerent: nec inter flammas & camini extuantis incendia quieuerunt. Bene sibi licet conscii & dominum fidei ac timoris obsequio sæpe promeriti: humilitatem tamen tenere & do mino satisfacere nec inter ipsa glorioſa uirtutum suarum martyria destite/runt. Loquitur scriptura diuina. Stans inquit Azarias præcatus est: & a/peruit os suum & exhomologesin faciebat deo simul cum sodalibus suis in medio ignis. Daniel quoq; post fidei atq; innocentiæ suæ multiplicem gra/tiam: post dignationem domini circa uirtutes ac laudes suas sæpe repeti/tam: ieiuniis adhuc promereri deum nititur: in sacco & in cinere uoluta/tur: exhomologesin faciens dolenter & dicens. Domine deus magnus & fortis: & metuendus: qui seruas uel disponis testamentum & miserationes eis: qui te diligunt & conseruant imperia tua: peccauimus: facinus admisi mus: impii fuimus: transgressi sumus: ac deseruimus præcepta tua & iudi cia tua: non audiuimus uerba puerorum tuorum prophetarum: quæ locuti sunt in nomine tuo super reges nostros & oẽs gentes: & super omnem ter/ram. Tibi domine tibi iusticia: nobis autem confusio. Hæc mites: hæc sim plices: hæc innocẽtes in promerenda dei maiestate fecerũt: & nũc satisface re: & dominum deprecari detractant: qui dominum negauerunt? Q uæso uos fratres acquiescite salubribus remediis: consiliis obedite melioribus. Cũ lachrymis nostris uestras lachrymas iũgite: cũ nr̃o gemitu uestro gemi/

tus copulate. Rogamus uos: ut pro uobis deum rogare possimus. Preces ipsas ad uos prius uertimus: quibus deum ꝓ uobis ut misereatur oramus. Agite penitentiam plenam: dolentis ac lamẽtantis animi ꝓbate mœstitiã. Nec uos quorundam moueat aut error inꝓuidus: aũt stupor uanus: qui cũ teneantur in tã grandi crimine: percussi sunt animi cecitate: ut nec intelligant delicta: nec plangant. Indignantis dei maior hæc plaga ẽ: sicut scriptum est. Et dedit illis deus spiritum transpunctionis. & iterum. Dilectũ ueritatis non receperunt: ut salui fierẽt: ac propterea mittet illis deus opationem erroris: ut credant mendacio: ut iudicentur omnes qui nõ crediderũt ueritati: sed sibi placẽt iniusticia. Iniuste sibi placentes: & transpunctæ mẽtis alienatione dementes dei præcepta contẽpnunt: medelam uulneris negligunt: agere pœnitentiam nolunt. Ante admissum facinus ĩprouidi: post facinus obstinati: nec prius stabiles: nec postmodum supplices. quãdo debuerant stare iacuerunt: quando iacere & ꝓsternere se deo debent: stare se opinant. Pacẽ sibi ultro nemine dante sũpserunt: falsa pollicitatione seducti: & apostatis ac pfidis iuncti: errorẽ pro ueritate sũpserunt. Cõmunicationẽ nõ cõmunicantium ratam ducunt. hominibus contra deum credũt: qui contra hoies deo non credunt. Eiusmodi homines quantum potestis ef fugite: pnitiosis contactibus adherẽtes: salubri cautione uitate. Sermo eorum sicut cancer serpit. colloqum uelut contagium trãsilit. Noxia & uenenata persuasio: psecutione ipsa peius: interficit. Illic supersest penitentia: quæ satisfaciat. Qui autem penitentiam criminis tollunt: satisfactionis uiam claudũt. Ita fit ut dũ temeritate quorũdam uel promittitur salus falsa: uel creditur: spes ueræ salutis adimatur. Vos uero fratres: quoꝝ timor i deum pronus est. & in ruina licet animus constitutus mali sui memor est: penitentes ac dolentes peccata uestra perspicite: grauissimũ conscientiæ crimẽ agnoscite: ad intelligentiam delicti uestri oculos cordis aperite: nec despe rantes misericordiam domini: nec tamen iam ueniam uendicantes. Deus q̃ tum patris pietate indulgens semp & bonus est: tãtum iudicis maiestate metuendus est. Quam magna deliquimus: tam grãditer defleamus. Alto uulneri diligens & longa medicina non defit. Penitentia crimine minor nõ sit. Putas ne tu dominum cito posse placari: quem uerbis perfidis abnuisti: cui patrimonium preponere maluisti: cuius templum sacrilega contagione uiolasti? Putas facile eum misereri tui: quem tuum non esse dixisti? Orare oportet impensius & rogare: diem luctu transigere: uigiliis noctes ac fletibus ducere: tempus omne lachrymosis lamentationibus occupare: strato solo adhærere cineri: in cilicio uolutari & sordibus. post indumentum Christi perditum: nullum iam uelle uestitum. post diaboli cibum: malle

ieiuniũ. Iustis operibus incumbere: quibus peccata purgantur. Elemosinis frequenter insistere: quibus a morte anime liberantur. Quod aduersarius auferebat: Christus accipiat. Nec teneri iam nec amari patrimoniũ debet: quo quis & deceptus & uictus est. Pro hoste uitanda res: pro latrone fugiẽda: pro gladio metuenda possidentibus & ueneno. Ad hoc tantum profuerit: quod remansit: ut inde crimen & culpa redimatur. Incontanter & largiter fiat opatio. Census omnis in medelam uulneris erogetur: opibus & facultatibus nostris: qui de bonis iudicaturus est: domino feneretur Sic sub Apostolis fides uiguit: sic primus credentiũ populus Christi mãdata seruauit. Prõpti erãt: largi erãt: distribuendũ p Apostolos totũ dabant: & nõ talia delicta redimebãt. Si precẽ toto corde qs faciat: si ueris penitẽtiæ lamẽtationibus & lachrymis ingemiscat: si aduenią delicti sui dominũ iustis & cõtinuis operibus inflectat: misererii taliũ potest: q & misericordią suam p tulit dicẽs. Cũ conuersus ingemueris: tunc saluaberis: & scies ubi fueris. & iterũ. Nolo mortẽ morientis dicit dominus: quãtũ ut reuertat & uiuat. Et Iohel propheta pietatẽ domini domino ipso monente declarat. Reuertimini inqt ad dominũ deũ uestrũ: quoniã misericors & pius ẽ: & patiẽs & multæ miserationis: & q sententią flectat aduersus maliciã irrogatã. Potest ille indulgentiam dare: sentẽtiam suam potest ille deflectere. Penitenti: operãti: roganti: põt clementer ignoscere. Potest acceptum fieri: quicqd pro talibus & petierint martyres: & fecerint sacerdotes. Vel si qs plus eum suis satisfactionibus mouerit: si eius iram: si indignantis offensam iusta deprecatione placauerit. Dat ille & arma rursũ: qbus uictus armet. repat & corroborat uires: qbus fides instaurata uegetet. Repetet & certamen suũ miles iterabit: in acie prouocabit hostẽ: & qdem factus ad prælią fortior p dolorem. Qui sic deo satisfecerit: q pœnitentia facti sui: q pudore delicti plus uirtutis & fidei de ipso lapsus sui dolore cõceperit: exauditus & adiutus a domino: quã contristauerat nuper lætam faciet Ecclesiam. Ne iam solam dei ueniam merebitur: sed coronam.

Sermo eiusdem de oratione dominica scilicet pater noster: in quo docet qua potissimum oratione uti: & qualiter ad eam accedere & quo gestu corpori & modo uocis conueniat: qui se christianum esse asserit.

Vangelia præcepta fratres dilectissi nihil sunt aliud: q̃ magisteria diuina: fundamenta edificandæ spei: firmamenta corroborandæ fidei: nutrimenta fouendi cordis: gubernacula dirigendi itineris: præsidia obtinendæ salutis. Quæ dũ dociles credentiũ mẽtes in terris instruũt:

ad cæleſtia regna perducunt. Multa & per Prophetas ſeruos ſuos dici deus uoluit & audiri: ſed quanto maiora ſunt: quæ filius loquitur: quæ dei ſermo: qui in Prophetis fuit: propria uoce teſtatur? Non iã mandans ut paretur uenienti uia: ſed ipſe ueniens: & uiã nobis aperiens & oſtendẽs: ut q in tenebris mortis errantes iprouidi & cæci prius fuimus: luce gratiæ illuminati iter uitæ: duce & rectore domino: teneremus. Q ui inter cætera ſalutaria ſua monita & præcepta diuina: q̃bus populo ſuo cõ ſulit ad ſalutem: ẽt orandi ipſe formam dedit: ipſe quid precaremur monuit & inſtruxit. Q ui fecit uiuere: docuit & orare: benignitate ſcilicet qua & cætera dare & conferre dignatus eſt: ut cum prece & oratione: quã filius docuit: apud patrẽ loquimur: facilius audiamur. Iam prædixerat orã uenire: quando ueri adoratores adorarent patrẽ in ſpiritu & ueritate: & impleuit quod ante promiſerat: ut qui ſpiritum & ueritatem de eius ſanctificatione pcepimus: de traditione quoq; eius uere & ſpiritaliter adoremus. Q uæ enim põt magis ſpiritalis eſſe oratio: q̃ quæ a Chriſto nobis data eſt: a quo nobis & ſpiritus ſãctus miſſus ẽ? Q uæ uera magis apud patrem precatio q̃ quæ a filio: qui eſt ueritas: de eius ore prolata eſt? ut aliter orare q̃ docuit non ignorantia ſola ſit: ſed culpa: quãdo ipſe poſuerit & dixerit. reiicitis mandatum dei: ut traditionem ueſtram ſtatuatis? Oremus itaq; fratres dilectiſſimi ſicut magiſter deus docuit. Amica & familiaris oratio eſt deũ d' ſuo rogare: ad aures eius aſcendere Chriſti orationem. Agnoſcat pater filii ſui uerba: cũ precẽ facimus. Q ui habitat intus in pectore: ipſe ſit & in uoce. Et cum ipſum habeamus apud patrẽ aduocatũ pro peccatis noſtris: quando peccatores pro delictis noſtris petimus: aduocati noſtri uerba promamus. Nam cũ dicat qa quodcũq; petierimus a pre i noie eius dabit nobis: q̃do efficacius impetramus q̃d petimus i Chriſti noie: ſi petamus ipſius oõne. Sit ãt orãtibus ſermo & precatio cũ diſciplia: qetẽ cõtinẽs & pudorẽ. Cogitemus nos ſub cõſpectu dei ſtare. Placẽdũ ẽ diuinis oculis & habitu corpis & mõ uocis. Nã ut ipudentis ẽ clamoribus ſtrepeꝛ: ita cõtra cõgruit uerecũdo modeſtis precibus orare. Deniq; magiſterio ſuo dominus ſecrete adorare nos præcepit: in abditis & ſecretis: uel ſemotis locis: i cubiculis ipſis: q̃d magis cõuenit fidei: ut ſciamus deũ ubiq; eẽ præſẽtẽ: audire oẽs & uidere: & maieſtatis ſuæ plenitudine i abdita quoq; & occulta penetrare: ſicut ſcriptum ẽ. Ego deus approximãs: & nõ deus de lõginquo. Si abſcõditus fuerit hõ i abſcõditis: ergo ego nõ uidebo eũ? Nõ ne cælũ & terram ego impleo? & iterũ. In omni in loco oculi dei ſpeculant bonos & malos. Et quando in unum cum fratribus cõuenimus: & ſacrificia diuia cũ dei ſacerdote celebramus: uerecõdiæ & diſciplinæ memores eſſe debemus. Non paſſim uentilare preces noſtras

inconditis uocibus: nec petitionem commendandam modeſte deo tumul/
tuoſa loquacitate iactare. Quia deus non uocis: ſed cordis auditor eſt.
Nec admonendus ẽ clamoribus. qui cogitationes uidet: ꝓuocãte domino
& dicente. Quid cogitatis ne quã i cordibus ueſtris? Et alio loco. & ſcient
oẽs eccleſiæ: qa ego ſum ſcrutator renis & cordis. Quod Anna i primo re/
gnoꝝ libro eccleſiæ typũ portãs cuſtodit & ſeruat: quæ dominũ nõ clamo
ſa petitione: ſed tacite & modeſte itra ipſas pectoris latebras precabaꝫ. Lo
quebaꝫ prece occulta: ſed manifeſta fide. Loquebaꝫ nõ uoce: ſed corde: qa
ſic ſciebat deũ audire: & ipetrauit efficaciter quod petiit. quia fideliter po
ſtulauit. Declarat ſcriptura diuina: quæ dicit. Loquebaꝫ in corde ſuo & la
bia eius mouebanꝫ: & uox eius nõ audiebaꝫ: & exudiuit eã deus. Item legi
mus i pſalmis: dicite i cordibus & in ſtratis uris & tranſpũgimini. Per Hie
remiam quoꝙ hæc eadem ſpũs ſanctus ſuggerit & docet dicẽs. In ſenſu aũt
tibi debet adorari deus. Adorãs ãt frẽs dilectiſſimi nec illud ignoret: quẽ/
admodũ in tẽplo cũ Phariſeo & publicanus orauerit. Nõ alleuatis ipuden
ter ad cælũ oculis: nec manibus inſolenter erectis: pectus ſuum pulſans: &
peccata itus incluſa cõteſtans diuinæ miſericordiæ implorabat auxiliũ. Et
cum ſibi Phariſeus placeret ſanctificari: hic magis meruit: q ſic orauit. qui
ſpẽ ſalutis non in fiducia innocentiæ ſuæ poſuit: cũ innocens nemo ſit: ſed
peccata cõfeſſus humiliter orauit: & exaudiuit orantẽ: qui humilibus igno
ſcit. Quæ dominus in Euãgelio ſuo ponit & dicit. Homines duo aſcende
runt in tẽplum adorare: unus Phariſeus & alter publicanus. Phariſeus cum
ſtetiſſet: talia apud ſe precabatur. Deus gratias tibi ago: quia non ſũ ſicut
cæteri homines: iniuſti: raptores: adulterii: quomodo & publicanus iſte:
Ieiuno bis in ſabbato. Decimas do de omnibus quæcunq; poſſideo. Publi
canus ãt de lõginquo ſtabat: & neq; oculos uolebat ad cælũ leuare: ſed per
cutiebat pectus ſuũ dicẽs. Deus propicius eſto mihi peccatori. Dico uobis
deſcendit hic iuſtificatus magis in domũ ſuam: q̃ ille Phariſeus: qa omnis
qui ſe extollit humiliabitur: & qui ſe humiliauerit: exaltabitur. Quæ nos
fratres dilectiſſimi de diuina lectione diſcentes: poſtq̃ agnouimus ad ora/
tionem qualiter accedere debeamus: cognoſcamus docente domino & qd
oremus. Sic inquit orate. Pater noſter qui es in cælis. Sanctificetur nomẽ
tuum. Adueniat regnum tuũ. Fiat uoluntas tua ſicut in cælo & i terra. Pa
nẽ noſtrũ quottidianũ da nobis hodie: & dimitte nobis debita nra: ſicut
& nos dimittimus debitoribus nris. Et ne patiaris i duci nos i tentationẽ.
Sed libera nos a malo: amẽ. Ante oĩa pacis doctor atq; unitatis magiſter ſi
gulari noluit & priuatim precẽ fieri: ut qs cũ precatur ꝓ ſe tantũ preceꝫ.
Non dicimus pater meus: qui i cælis es. Nec panẽ meũ da mihi hodie. nec

dimitti ſibi tantū unuſquiſq; delicta poſtulat: aut ut in tētationē non inducat: atq; a malo liberet ꝑ ſe ſolo rogat. Publica ē nobis & cōmunis oro. Et q̄do oramus nō ꝑ unō: ſed ꝑ populo toto oramus: qa totus populus unū ſumus. Deus pacis & cōcordiæ magiſter: q docuit unitatē: ſic orare unū ꝑ omnibus uoluit: quō in uno oēs ipſe portauit. Hāc orationis legē ſeruauerunt tres pueri in camino ignis incluſi: cōſonantes in prece & ſpūs cōſenſione cōcordes. Quod declarat ſcripturæ diuīæ fides. Et cū docet quomodo orauerint tales: dat exemplū quod imitari in precibus debeamus: ut tales eſſe poſſimus. Tunc inqt illi tres quaſi ex uno ore hymū canebant: & bene dicebant dominū. Loquebant quaſi ex uno ore: & nōdū illos Chriſtus orare docuerat: & iccirco orantibus fuit īpetrabilis & efficax ſermo: qa prome rebatur dominum pacifica & ſimplex & ſpiritalis oratio. Sic & Apoſtolos cum diſcipulis poſt aſcenſā domini inuenimus oraſſe. Erāt inqt pſcuerantes oēs unanies ī oratione cū mulieribus & Maria: quæ fuerat mater Ieſu: & fratribus eius. Perſeuerabant ī oratione unanies: oronis ſuæ & inſtantiā ſimul & cōcordiā declarantes: qa deus. q inhabitare facit unanies ī domo: nō admittit ī diuinā & æternā domū: niſi apud quos eſt unanimis oratio: Qualia autē ſunt frēs dilectiſſimi orationis dominicæ ſacramenta: q̄ multa: q̄ magna: breuiter in ſermone collecta: ſed ī uirtute ſpiritaliter copioſa: ut nihil oīno prætermiſſum ſit: quod nō ī precibus atq; orationibus noſtris cæleſtis doctrinæ cōpendio cōpræhendat. Sic ait orate. Pater noſter: q es in cælis. Homo nouus renatus: & deo ſuo ꝑ gratiā eius reſtitutus: Pater primo ī loco dicit: qa filius eē iā cæpit. In ſua inqt ꝓpria uenit: & ſui eū nō receperunt. Quotquot eū receperūt: dedit illis ptātem: ut filii dei fierent: q credūt ī noīe eius. Qui ergo credidit ī noīe eius: & factus ē dei filius: hinc debet incipe: ut & gratias agat: & ꝓfiteat ſe dei filiū: dū noīat patrē ſibi eē in cælis deū. Cōteſtet quoq; iter prima ſtati natiuitatis ſuæ uerba renunciaſſe ſe terreno & carnali pri: & patrē ſolū noſſe ſe & habere cepiſſe: q ſit ī cælis: ſicut ſcriptū ē. Qui dicūt pri & matri nō noui te: & filios ſuos nō agnouerūt: hi cuſtodierūt præcepta tua: & teſtamētū tuū ſeruauerūt. Itē dominus ī Euangelio ſuo præcepit: ne uocemus nobis patrē ī terra: q̄ ſcilicet nobis unus pater: q̄ eſt ī cælis. Et diſcipulo: qui mētionē defūcti pris fecerat: reſpōdit. ſine mortui mortuos ſuos ſepeliāt. dixerat enī patrē ſuū mortuū: cū ſit credentiū pater uiuus. Nec hoc ſolū frēs dilectiſſimi aiaduertere & ītelligere debemus: qd̄ appellemus patrē: q ſit ī cælis. Sed cōiūgimus & dicimus pater noſter. i. eoꝝ q credūt: eoꝝ q per eū ſanctificati & gratiæ ſpiritalis natiuitate repati: filii dei eē ceperunt. Quæ uox ēt iudeos pſtringit & pcutit: q Chriſtū ſibi ꝑ prophetas ānuntiatū: & ad ſe prius miſſū nō tantū

ſpreuerunt infideliter: ſed & crudeliter ne cauerũt. Q ui iã nõ poſſũt patrẽ deũ uocare: cũ dominus eos cõfũdat & redarguat dicẽs. Vos d' diabolo patre eſtis: cõcupias pris ueſtri uultis facere. Ille enĩ hõicida fuit ab inicio: & ĩ ueritate nõ ſtetit: qa ueritas nõ ẽ ĩ illo. Et p Heſaiã ꝓphetã deus clamat ĩdignãs: Filios genui & exaltaui: ipſi ãt me ſpreuerũt. Agnouit bos poſſeſſorẽ ſuũ: & aſinus pſepe domini ſui: Iſrael ãt me nõ cognouit: & populus me nõ intellexit. Veh gẽs peccatrix: populus plenus pccis: ſemẽ neq̃: filii ſceleſti: Dereliqſtis dominũ: & ĩ idignationẽ miſiſtis illũ ſãctũ Iſrahel. In quoꝝ ex ꝓbratiõe chriſtiani: q̃do oramus: pater noſter dicimus: qa noſter eẽ cœpit: & iudeoꝝ (q eũ reliquerũt) eſſe deſiit. Nec peccator populus põt eẽ filius. Sed qbus remiſſa peccatoꝝ dat' : eis filioꝝ nomẽ aſcribit' : eis & æternitas repromittit' domino ipſo dicẽte. Oĩs q fecit peccatũ ſeruus ẽ peccati. Seruus ãt nõ manet ĩ domo ĩ æternũ: filius manet ĩ eternũ: q̃ta aũt domini indulgentia: q̃ta circa nos dignatiõis eius: & bonitatis ubertas: q̃ ſic nos uoluerit orationẽ celebrare ĩ cõſpectu dei: ut dũ patrẽ uocemus: & ut eſt Chriſtus dei filius: ſic & nos dei filios nuncupemus. Q uod nomẽ nemo noſtrũ in oꝛone auderet attigere: niſi ipſe nobis ſic ꝓmiſiſſet orare. Meminiſſe ita q; frẽs dilectiſſimi & ſcire debemus: qa q̃do deũ patrẽ dicimus: q̃ſi filii dei agere debemus: ut quõ nos nobis placemus de deo patre: ſic ſibi placeat & ille de nobis. Cõuerſemur quaſi dei tẽpla: ut deum ĩ nobis cõſtet habitare. Nec degeneret actus noſter a ſpõ: ut q cæleſtes & ſpiritales eẽ cepimus: nõ niſi ſpiritalia & cæleſtia cogitemus & agamus: qa & ipſe deus dixit: eos q clarificãt me clarificabo: & q me ſpnit ſpnet'. Btũs quoq; Apoſtolus in epiſtola ſua poſuit. Nõ eſtis uĩ: ẽpti enĩ eſtis precio magno: clarificate & portate deũ ĩ corpe ueſtro. Poſt hoc dicimus. Sãctificet' nomẽ tuũ: nõ qd' optemus deo ut ſãctificet' oꝛonibus nr̃is: ſed qd' petamus a deo ut nomẽ eius ſcificet' in nobis. Cæteꝝ a quo deus ſãctificat' : q ipſe ſcificat'? Sed qa ipſe dixit. ſãcti eſtote: quoniã ego ſcũs ſũ: iõ petimus & rogamus: ut q ĩ baptiſmo ſãctificati ſumus: ĩ eo qd' eẽ cæpimus: pſeueremus. Et hoc quottidie deprecamur. Opus ẽ enĩ nobis quottidiana ſcificatie: ut q quottidie delinqmus: delicta noſtra ſãctificatõe aſſidua repurgemus. Q uæ ãt ſit ſcificatio: quæ nobis de dei dignatõne cõfert' : apoſtolus prædicat dicẽs. Neq; fornicarii: neq; idolis ſeruiẽtes: neq; adulteri: neq; molles: neq; maſculorum appetitores: neq; fures: neq; fraudulẽti: neq; ebrioſi: neq; maledici: neq; raptores regnũ dei cõſequentur. Et hi qdẽ fuiſtis: ſed abluiſti eſtis: ſed iuſtificati eſtis: ſed ſãctificati eſtis ĩ noĩe domini Ieſu chriſti: & ĩ ſpũ dei noſtri. Scificatos nos dicit ĩ nomine domini Ieſu Chriſti: & ĩ ſpũ dei noſtri. Hæc ſãctificatio ut in nobis ꝓmaneat oramus: & qa deus & iudex noſter ſanato a ſe & uiuifi

cato cõminatur iã non delinquere: ne quid ei deterius fiat: hanc continuis orationibus precẽ facimus: hoc diebus ac noctibus postulamus: ut sanctificatio & uiuificatio: quæ de dei gratia sumitur: ipsius protectione seruet̃: Sequitur in oratione. Adu. reg. t. Regnũ etiã dei representari nobis petimus: sicuti & nomen eius: ut in nobis sanctificetur postulamus. Nã deus q̃do nõ regnat: aut apud eũ quãdo incipit: quod & semp fuit: & esse nõ desinit. Nostrũ regnũ petimus aduenire: a deo nobis repromissũ. Christi sãguine & passione quæsitũ: ut q̃ i sæculo ãte seruiuimus: postmodũ Christo dominãte regnemus: sicut & ipse pollicet̃ & dicit. Venite benedicti p̃ris mei p̃cipite regnũ: qd̃ uobis paratũ ẽ ab origine mũdi. Põt uero frẽs dilectissimi & ipse Christus eẽ regnũ dei: quẽ uenire quottidie cupimus. Cuius aduẽtus ut cito nobis representet̃ optamus. Nã cũ resurrectio ipse nostra sit: q̃ i ipso resurgimus: sic & regnũ dei põt ipse itelligi: qa i illo regnaturi sumus. Bene aũt regnũ dei petimus. i. regnũ cæleste: qa est & terestre regnũ. Sed qui renũciauit iã sæculo: maior est & honoribus eius & regno: & ideo q̃ se deo & Christo dedicat: nõ terrena sed cælestia regna desiderat. Continua autẽ oratione & prece opus est: ne excidamus a regno cælesti: sicut iudei: q̃bus hoc promissũ prius fuerat exciderunt: domino manifestante & probante: Multi inq̃t uenient ab oriente & occidente: & recũbẽt cũ Abraam & Isaac & Iacob i regno cælor̃. Filii autẽ regni expellent̃ i tenebra exteriores. Illic erit ploratio & stridor dẽtiũ. Ostẽdit qa ãte filii r̃gni iudei erãt: q̃do & filii di eẽ p̃seuerabãt. Post q̃ cessauit circa illos nomẽ paternũ: cessauit & r̃gnũ: Et ideo Christiani: q in oratione appellare patrẽ deũ cœpimus: Nos & ut regnũ dei nobis ueniat oramus: addimus quoq; & dicimus. Fiat uoluntas tua: sicut ĩ cælo & in terra. Non ut deus faciat quod uult: sed ut nos facere possimus: qd̃ deus uult. Nã deo qs obsistit: quominus: qd̃ uelit faciat: Sed qa nobis a diabolo obsistit̃: quominus p̃ oĩa noster animus atq; actus deo obsequat̃: oramus & petimus: ut fiat ĩ nobis uolũtas dei: quæ ut fiat in nobis: opus est dei uolũtate. i. ope eius & p̃tectione: qa nemo suis uiribus fortis ẽ: sed dei indulgẽtia & mĩa tutus est. Deniq; & deus ifirmitatẽ hois: quẽ portabat: ostendẽs ait. Pater si fieri põt trãseat a me calix iste. Et exẽplũ discipulis suis tribuens: ut nõ uoluntatẽ suã: sed dei faciant addidit dicens: Verum tamen nõ quod ego uolo sed quod tu. & alio loco dicit. Non descẽdi de cælo: ut faciam uoluntatẽ meam: sed eius qui me misit: quod si filius obaudiuit: ut faceret patris uoluntatẽ: quanto magis seruus obaudire debet: ut faciat dei uolũtatem: sicut in Epistola sua Ioẽs quoq; ad faciendam dei uoluntatem hortatur & instruit dicens. Nolite diligere mundum: neq; ea quæ in mundo sunt: siquis dilexerit mũdum non ẽ dilectio patris i illo:

quia omne quod in mundo est: concupiscentia carnis est: & concupia oculorum: & ãbitio sæculi: quæ non est a patre: sed ex concupiscẽtia mundi: & mundus transibit & concupia eius. Qui autem fecerit uoluntatem dei: manet in æternũ: quõ & deus manet ĩ æternũ: q ĩ æternũ manere uolumus: dei qui æternus ẽ uolũtatẽ facere debemus. Voluntas autẽ dei est: quã Christus & docuit & fecit. Humilitas in cõuersatione: stabilitas in fide: uerecundia in uerbis: in factis iusticia: in operibus mia: in moribus disciplina: iniuriã facere non nosse: & factã tolerare posse: cũ fratribus pacẽ tenere: deum toto corde diligere: amare in illo quod pater est: timere quod deus ẽ. Christo nihil omnino preponere: quia nec nobis ille q̃cq̃ prepositi: caritati eius inseparabiliter adhærere: cruci eius fortiter ac fidẽter assistere: quando de eius nomine & honore certamen est: exhibere in sermone constantiã: quã confitemur: in quæstione fiduciam qua congredimur: in morte patientiam qua coronamur. hoc ẽ cohæredẽ Christi uelle esse: hoc est præceptum dei facere: hoc ẽ uoluntatẽ patris implere. Fieri autẽ petimus uoluntatem dei: ut in cælo & in terra: quod utrunq; ad consumationem nostræ uoluntatis pertinet & salutis: Nam cũ corpus e terra & spiritum possideamus e cælo: ipsi terra & cælũ sumus: & ĩ utroq;. i. corpore & spiritu: ut dei uolũtas fiat oramus. Est enim inter carnem & spiritũ colluctatio: & discordantibus aduersus se inuicem quottidiana congressio: ut nõ quæ uolumus ipsa faciamus. dũ spiritus cælestia & diuina quærit: caro terrena & secularia concupiscit: & ideo petimus impense inter duo ista ope & auxilio dei cõcordiam fieri: ut dum & spiritu & carne uoluntas dei geritur: quæ per eum renata ẽ: ania seruetur. Quod apte atq; manifeste Apostolus Paulus sua uoce declarat. Caro inqt concupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersant' sibi: ut nõ quæcũq; uultis: ipsa faciatis. Manifesta autem sũt facta carnis: quæ sũt adulteria: fornicationes: immũdiciæ: spurcitiæ: idolatrix: ueneficia: homicidia: inimiciciæ: cõtẽtiones: æmulatões: animositates: prouocatões: simultates: dissensiones: hæreses: iuidiæ: ebrietates: comesationes: & his similia: quæ prædico uobis sicut prædixi: quoniam qui talia agunt: regnum dei non possidebunt. Fructus autem spiritus est: caritas: gaudium: pax: magnanimitas: fides mansuetudo: cõtinentia: castitas. Et iccirco quottidianis imo continuis orationibus hoc precamur. Sicut in cælo & in terra uoluntatem circa nos dei fieri: quia hæc est uoluntas dei: ut terrena cælestibus cedant: spiritalia & diuina præualeant. Potest etiam sic intelligi fratres dilectissimi ut quoniam mandat & monet deus etiam inimicos diligere: & pro iis quoq; q nos psequuntur orare: petamus. Et pro illis qui adhuc terreni sunt: & necdum cælestes esse cæperunt:

ut & circa illos uoluntas dei fiat: quam Christus hominem conseruando & reintegrando perfecit. Nãm cum discipuli ab eo non iam terreni appellentur: sed sal terræ: & Apostolus primum hominem uocet de terre limo: secũdum uero de cælo: merito & nos: qui esse debemus patri deo similes: qui solem suum oriri facit super bonos & malos: & pluit super iustos & iniustos: sic monẽte deo oramus & petimus: ut precem pro omniũ salute faciamus. Vt quomodo in cælo id est in nobis per fidem nostram uolũtas dei facta ẽ: ut essemus de cælo: ita & in terra hoc est in illis credẽtibus fiat uolũtas dei: ut qui adhuc sunt prima natiuitate terreni: incipiãt esse cælestes ex aqua & spiritu nati. Procedente oratione postulamus & dicimus. Panem nostrum quottidianum da nobis hodie. Quod potest spiritaliter & simpliciter intelligi: quia & uterq; intellectus utilitate diuina proficit ad salutem. Nã panis uitæ christus est: & panis hic omnium non est: sed noster est: & quomodo dicimus pater noster: quia intelligentium & credentium pater est: sic & panem nostrum uocamus: quia Christus noster: qui corpus eius contingimus: panis est. Hunc autem panem dari nobis quottidie postulamus: ne q in Christo sumus: & Eucharistiam quottidie ad cibum salutis accipimus: intercedente aliquo grauiore delicto dum abstenti & non communicantes a cælesti pane ꝓhibemur: a Christi corpore seperemur: ipso prædicante & monente. Ego sum panis uitæ: qui de cælo descendi. Si quis ederit de meo pane: uiuet in æternum. Panem autem quem ego dedero: caro mea est pro sæculi uita. Quando ergo dicit ī æternum uiuere: si quis ederit de eius pane: ut manifestum est eos uiuere: qui corpus eius attingunt: & Eucharistiã iure communicationis accipiunt: ita contra timendum est & orandum: ne dum quis abstentus separatur a Christi corpore: procul remaneat a salute: comminante ipso & dicẽte. Nisi ederitis carnem filii hominis: & biberitis sanguinem eius: non habebitis uitam in uobis: Et ideo panem nostrum. i. Christum dari nobis quottidie petimus: ut qui in Christo manemus & uiuimus: a sanctificatione & corpore eius non recedamus. Potest uero & sic intelligi: ut qui sæculo renũciauimus: & diuitias eius & pompas fidei gratia spiritalis abiecimus: cibum nobis tantum petamus & uictum: quando instruat dominus & dicat. qui non renunciauerit omnibus quæ sunt eius: nó potest meus discipulus esse. Qui autẽ Christi cœpit esse discipulus: secundum uocem magistri sui renuncians omnibus diurnum debet cibum petere: nec in longum desideria petitionis nostræ extendere: ipso iterum domino scribente & dicente. Nolite in crastinum cogitare. Crastinus enim dies ipse cogitabit sibi. Sufficit diei malicia sua: merito ergo Christi discipulus uictum sibi in diem postulat: qui de crastino cogitare prohibetur: quia &

contrarium sibi fit & repugnans: ut quæramus in sæculo diu uiuere: qui pe
timus regnum dei uelociter aduenire. Sic & beatus Apostolus monet for/
mans & corroborans spei nostræ ac fidei firmitatẽ. Nihil inqt intulimus in
hunc mundum: uerũ neqꝫ auferre quid possumus: habẽtes itaqꝫ uictũ & te/
gumentũ his cõtenti simus. Q ui aũt uolunt diuites fieri: incidunt ĩ tenta/
tionẽ: & muscipulas: & desideria multa: & nocẽtia: quæ mergunt hominẽ ĩ
perditionem & in interitũ. Radix enĩ omniũ maloꝝ est cupitas: quam qdã
appetentes naufragauerunt a fide: & inseruerunt se doloribus multis. Do/
cet nõ tantũ cõtẽnẽdas: sed & piculosas eẽ diuitias: illic esse radicẽ malorũ
bladientiũ: cæcitatẽ mentis humanæ occulta depredatione fallẽtiũ. Vnde
& diuitẽ stultũ sæculares copias cogitantem: & se exuberantiũ fructuũ lar
gitate iactantẽ redarguit deus dicens. Stulte ac nocte expostulaꝫ ania tua.
Q uæ ergo pasti cuius erunt? Lætabaꝫ stultus ĩ fructibus nocte moriturũs:
& cui uita iã deerat: uictus abundantiã cogitabat. Contra aũt dominus p/
fectum & cõsummatum docet fieri: q omnibus suis uenditis atqꝫ ĩ usũ pau/
perum distributis thesauꝝ sibi condatur ĩ cælo. Eũ dicit posse se seq: & glo
riã dominicæ passionis imitari: q expeditus & succitus nullis laqueis rei fa
miliaris inuoluiꝫ: sed solutus: liber: facultates suas ad dominum ante præ
missas: ipse quoqꝫ comitaꝫ. Ad quod ut possit unusquisqꝫ nostrum pare se:
sic discit orare: & de orationis lege qualis eẽ debeat noscere. Neqꝫ enim de
esse quottidianus cibus potest iusto: cũ scriptũ sit. nõ occidit dominus fa/
me animã iusti. & iteꝝ. Iunior fui & senui: & non uidi iustum derelictum:
neqꝫ semen eius quærẽs panem. Itẽ dominus promittat & dicat. Nolite co
gitare dicentes. qd edemus: aut qd bibemus: aut qd uestiemur? Hæc enim
nationes quærunt. Scit autẽ pater uester quia hoꝝ omniũ indigetis. Q uæ
rite primum regnum & iusticiiã dei: & hæc omnia apponẽtur uobis. Q uæ
rentibus regnum & iusticiam dei: omnia promittit apponi. Nam cum sint
dei omnia: habenti dominum nihil deerit: si deo ipse non desit. Sic Danie
li in leõum lacu iusu regis incluso prandium diuinitus procuratur: & inter
feras esurientes & parcentes: homo dei pasciꝫ. Sic aliter Helias in fuga &
in solitudine coruis ministrantibus & uolucribus cibum sibi apportãtibus
in persecutione nutriꝫ: Atqꝫ o humanæ maliciæ detestãda crudelitas. Feræ
parcunt: aues pascunt: homines insidiantur & sæuiũt. Post hæc & pro pec
catis nostris deprecamur dicentes. Et remitte nobis debita nostra: sicut &
nos remittimus debitoribus nr̃is. Post subsidiũ cibi petiꝫ & uenia delicti:
ut q a deo pasciꝫ: ĩ deo uiuat: nec tãtũ præsẽti & tẽporali uitæ: sed & æter
næ consulaꝫ: ad quã uenire põt: si peccata donenꝫ. Q uæ debita dominus
appellat: sicut ĩ Euãgelio sup dicit. Dimisi tibi oẽ debitũ: quia me rogasti.

Q uam autē neceſſe: q̄ prouidenter & ſalubriter admonemur: quod pecca
tores ſumus: q̄ pro peccatis rogare cōpellimur: ut dū indulgētia de deo pe
titur: cōſcientiæ ſuæ animus recordet. Ne q̄s ſibi quaſi innocens placeat:
& ſe extollendo plus peat: inſtruit & docet peccare quottidie: dum quotti
die pro peccatis iubet orare. Sic deniq̄ & Ioēs i Epiſtola ſua monet dicēs.
Si dixerimus qa peccatū non habemus: nos ipſos decipimus: & ueritas in
nobis nō eſt. Si autē cōfeſſi fuerimus peccata noſtra: fidelis & iuſtus eſt do
minus: qui nobis peccata dimittat. In Epiſtola ſua utrūq̄ cōplexus eſt: qđ
& rogare pro peccatis debeamus: & impetremus indulgentiā cū rogamus:
ideo & fidelē dixit dominū ad dimittenda peccata fidē pollicitationis ſuæ
reſeruantē: qa qui orare nos pro debitis & peccatis docuit: paternā mīam
promiſit & ueniā ſecuturā. Adiunxit plane & addidit legem: certa nos cō/
ditione & ſponſione conſtringens: ut ſic nobis dimitti debita: ſecundū qđ
& ipſi debitoribus noſtris dimittimus: ſcientes impetrari nō poſſe: quod p̄
peccatis petimus: niſi & ipſi circa debitores noſtros paria fecerimus. Idcir
co & alio in loco dicit. In qua mēſura mēſi eritis: in ea remetiet uobis. Et
qui ſeruus poſt dimiſſum ſibi a domino omne debitum: conſeruo ſuo nolu
it ipſe dimittere: in carcerem religatur: quia indulgere cōſeruo ſuo noluit:
qđ ſibi a domino indultum fuerat amiſit. Q uæ adhuc fortius Chriſtus in
præceptis ſuis maiore cēſuræ ſuæ uigore prædixit. cū ſteteritis inq̄t ad ora
tionem: remittite ſi quid habetis aduerſus aliquē: ut & pater ueſter qui ī cæ
lis eſt: remittat peecata uobis. ſi autem uos nō remiſeritis: neq̄ pater ueſter
q̄ in cælis ē remittet peccata uobis. Excuſatio tibi nulla ī die iudicii ſupeſt:
cū ſecūdū tuā ſententiā iudiceris: & qđ feceris: hoc & ipſe patiaris. Pacifi
cos enī & concordes atq̄ unanimes eē in domo ſua deus præcipit: & quales
nos fecit ntitate ſecunda: tales uult renatos p̄ſeuerare: ut q̄ filii dei eē cepi/
mus: in dei pace maneamus: & q̄bus ſp̄ūs unus eſt: unus ſit & animus & ſen
ſus. Sic nec ſacrificiū deus recipit: diſſidentē ab altari reuertentē prius fra
tri recōciliari iubet: ut pacificis precibus & deus poſſit eē pacatus. Sacrifi
cium deo maius ē pax noſtra: & fraterna cōcordia: & de unitate p̄ris & filii
& ſpiritus ſcī plebs adiumata. Neq̄ enī ī ſacrificiis: quæ Abel & Caī primi
obtulerunt: munera eoꝝ deus ſed corda ituebat: ut ille placeret ī munere:
q̄ placebat in corde. Abel pacificus & iuſtus: cū deo ſacrificat innocenter:
docuit & cæteros quādo ad altare munus offerūt: ſic uenire cū timore dei:
cū ſimplici cōrde: cū lege iuſticiæ: cū concordiæ pace. Merito ille dū in ſa
crificio dei talis eēt: poſtmodū ſacrificiū deo factus ē: ut martyriū primus
oſtendens initiaret & ſanguinis ſui gloria dominicam paſſionē: q̄ & iuſtici
am habuerat & pacē. Tales deniq̄ a domino coronant: tales in die iudicii

cum domino uindicabuntur. Cæterũ diſcordãs & diſſidens: & pacẽ cũ fratribus nõ habẽs: ſecundũ qd̃ beatus Apoſtolus & ſcriptura ſancta teſtat̃: nec ſi pro nomine Chriſti occiſus fuerit: crimen diſſenſionis poterit euadere: qa ſicut ſcriptũ ẽ: q fratrẽ ſuũ odit: homicida eſt: nec ad regnũ cælorꝝ p uenit: ut cũ deo uiuat homicida. nõ põt eẽ cũ Chriſto: q imitator Iudæ maluit eẽ qua Chriſti q̃le delictũ eſt: qd̃ nec baptiſmo ſanguinis põt abluiꝰ q̃le crimen eſt: qd̃ martyrio nõ põt expiariꝰ Illud quoq; neceſſarie admonet dominus ut ĩ oratione dicamus. Et ne patiaris nos induci in tentationẽ. Q ua in pte oſtẽdit̃ nihil cõtra nos aduerſariũ poſſe: niſi deus ãte pmiſerit: ut oĩs timor noſter & deuotio atq; obſeruatio ad deum conuertat̃: quando ĩ tẽtationibus nr̃is nihil malo liceat: niſi portas inde tribuat̃. ꝓbat ſcriptura diuina: quæ dicit. uenit Nabuchodonoſor Rex babyloniæ in Hieruſalẽ: & expugnabat eã: & dedit eã deus ĩ manu eius: Dat̃ ãt poteſtas aduerſus nos malo: ſecundũ nr̃a peccata: ſicut ſcriptũ ẽ. Q uis dedit ĩ dirreptionẽ Iacob & iſrael eis: q prædãt̃ illũꝰ Nõne deus cui peccauerũt. & nolebãt ĩ uiis eius ãbulaꝛ̃: neq; audire legẽ eius: & ſupduxit ſup eos irã aiationis ſuæꝰ Et itẽꝝ: Salomone peccãte & a præceptis & a uiis domini recedẽte: poſitũ . & excitauit dominus ſathan ipſi Salomoni . Poteſtas uero aduerſus nos dupliciter dat̃: uel ad pœnã: cũ delinqmus: uel ad gloriã: cũ probamur. Sicuti de iob factũ uidemus: manifeſtante deo & dicente . Ecce omnia quæcunq; habet: in manus tuas do: ſed ipſum caue ne tãgas: & dominus ĩ euãgelio loq̃t̃ tẽpore paſſionis . Nullã hẽres inqt aduerſũ me poteſtatẽ: niſi data tibi eẽt deſup. q̃do autẽ rogamus ne in tẽtationẽ ĩcidamus: admonemur infirmitatis & imbecillitatis noſtræ: dũ ſic rogamus: ne qs ſe inſoleẽter extollat: ne qs ſibi ſuperbe atq; arroganter aliud aſſumat: ne qs aut cõfeſſionis: aut paſſionis gloriam ſuã ducat: cum dominus ipſe humilitatem docens dixerit. uigilate & orate: ne ueniatis in tentationem. Spiritus qdem promptus ẽ: caro autẽ infirma: ut dũ præcedit humilis & ſũmiſſa confeſſio: & datur totum domino: qcquid ſuppliciter cum timore & honore dei petitur: ipſius pietate præſtet̃. Poſt iſta oĩa in conſummatione orationis uenit clauſula uniuerſas petitões & præces noſtras collecta breuitate cõcludẽs. In nouiſſimo enim ponimus. Sed libera nos a malo. Cõpræhendentes aduerſa cũcta: quæ cõtra nos in hoc mũdo molit̃ inimicus: a quibus põt eẽ fida & firma tutela: ſi nos deus liberet: ſi deprecantibus atq; implorantibus opem ſuam præſtet. Q uando autem dicimus libera nos a malo: nihil remanet quod ultra adhuc debeat poſtulari: quando ſemel protectionem dei aduerſus maiũ petamus: qua impetra cõtra quæ diabolus & mũdus operant̃: ſecuri ſtamus & tuti. Q uis enim ei de ſæculo metus eſt: cui in ſæculo deus tutor eſt: Q uid

mirum frēs dilectiſſimi ſi oratio talis eſt: quam deus docuit: qui magiſterio ſuo omnē precē noſtrā ſalutari ſermone breuiauit? hoc iā p Heſaiā ꝓphetā fuerat ante prædictū: cū plenus ſpiritu ſancto de dei maieſtate ac pietate loqueret. Verbū cōſumans inqt & breuians i iuſticia: quoniā ſermonē breuiatū faciet deus i toto orbe terræ Nam cū dei ſermo dominus noſter Ieſus Chriſtus omnibus uenerit: & colligens doctos ꝑiter & idoctos: omni ſexui atq; ætati præcepta ſalutis ediderit: præceptoꝝ ſuoꝝ fecit grande compendium: ut in diſciplina cæleſti diſcētiū memoria nō laboraret: ſed quod eēt ſimplici fidei neceſſariū: uelociter diſceret. Si cum doceret qd ſit uita æterna: ſacramentū uitæ magna & diuina breuitate cōplexus eſt dicens. Hæc ē autē uita æterna: ut cognoſcāt te ſolū & uerum deū: & quem miſiſti Ieſum Chriſtum. Item cum de lege & prophetis præcepta prima & maiora decerperet. Audi inqt iſrael: dominus deus tuus dominus unus ē. Et diliges dominum deum tuum de toto corde tuo: & de tota aīa tua: & de tota uirtute tua: hoc primum: & ſecundū ſimile huic. Diliges proximū tuū tanq̄ te. In his duobus præceptis tota lex pendet & ꝓphæte. & iterū. Q uæcūq; uolueritis ut faciant uobis hoīes bona: ita & uos facite illis. Hæc ē enim lex & ꝓphetæ. Nec uerbis tantū ſed & factis dominus orare nos docuit ipſe orans frequenter & deprecans: & qd facere nos oportet exēpli ſui conteſtatione demonſtrans: ſicut ſcriptū eſt. Ipſe autē fuit ſecedēs i ſolitudine & adorās. & iterum. exiuit in montē orare: & fuit pernoctans in oratione dei. Q uod ſi ille orabat: qui ſine peccato erat: q̄to magis peccatores oportet orare? Et ſi ille per totam noctem iugiter uigilans cōtinuis precibus orabat: q̄to nos magis i frequentanda oratione debemus nocte uigilare? Orabat autē dominus & rogabat nō pro ſe (quid enī pro ſe innocens precaretur?) Sed pro delictis noſtris: ſicut & ipſe declarat cū dicit ad Petrū. Ecce ſathanas expetiuit ut uos uexaret quō triticū: ego autē rogaui pro te: ne deficiat fides tua: Et poſtmodū ꝓ omnibus patrē deprecat dicēs. Nō pro his aūt ſolū rogo: ſed & pro iis q̄ crediturī ſunt ꝑ uerbū ipſoꝝ in me: ut oēs unū ſint: ſicut tu pater in me & ego i: te ut & ipſi in nobis ſint. Magna domini ꝓpter ſalutē noſtrā benignitas ꝑiter & pietas: ut nō cōtētus qd nos ſanguine ſuo redimeret: adhuc pro nobis āplius & rogaret: Rogātis aūt deſideriū uidete quod fuerit: ut quomodo unum ſūt pater & filius: ſic & nos i ipſa unitate maneamus: ut hinc quoq; poſſit intelligi q̄tum delinquat: q̄ unitatē ſcindit & pacē: Cū ꝓ hoc & rogauerit dominus: uolēs. ſ. plebem ſuam unire: cum ſciret ad regnum dei diſcordiam non uenire. Q uando autem ſtamus ad oratiōnē fratres dilectiſſimi: uigilare & incūbere ad præces toto corde debemus: Cogitatio oīs ſæcularis & carnalis abſcedat: nec quicq̄ tunc aius q̄ id ſolū

cogitet: qd' precat' : Ideo & sacerdos ante orationē præfatione præmissa: parat fratrū mētes dicēdo: sursū corda : ut dū respōdet plebs hēmus ad dominū: admoneat' nihil aliud se q̄ dominū cogitare debere. Claudat' contra aduersarium pectus: & soli deo pateat: nec ad se hostē dei tpe orationis adire patiat'. Obrepit eni frequenter & penetrat: & subtiliter fallēs preces nostras a deo auocat: ut aliud hēamus ī corde: aliud ī uoce : q̄do intētione sincera dominū debeat nō uocis sonus: sed animus & sensus orare. Quæ aūt sægnitia ē alienari & capi ineptis cogitatōibus & ꝓphanis: cū dominū deprecaris: q̄si sit aliud qd' magis debeas cogitare: q̄ qd' cū deo loq̄ris? Quō te audiri a deo postulas cū te ipse nō audias? uis eē deū memorē tui: cum rogas: q̄do tu ipse memor tui nō sis? hoc ē ab hoste ī totū nō cauere : hoc est q̄do oras dominū: maiestatē dei negligētia orationis offendere : hoc ē uigilare oculis: & corde dormire: cū debeat christianus & cum dormit oculis corde uigilare. Sicut scriptū ē ex ꝑsona ecclesiæ loquētis ī cātico cāticoꝝ. Ego dormio & cor meū uigilat. q̄ ꝓpter sollicite & caute Aplūs āmonet dicens. instate orōni uigilātes ī ea: docens. s. & ostendēs eos īpetrare: qd' postulāt: de deo posse: quos deus uideat ī oratione uigilare. Orātes autem nō instructuosis: nec nudis precibus ad deū ueniamus. Inefficax petitio ē cū precatur deū sterilis oratio. Nā cū omnis arbor nō faciens fructum excidatur: & in ignē mittat' : utiq; & sermo nō habens fructū : promereri deum non pōt: q nulla operatione fecundus est. Et ideo scriptura diuina instruit dicēs. Bona est oratio cū ieiunio & elemosyna. Nā q in die iudicii præmiū pro operibus & elemosynis redditurus ē. Hodie quoq; ad orōnē cū opatione ueniēti benignus auditor ē. Sic deniq; Cornelius Cēturio cū oraret meruit audiri. Fuit faciens multas elemosynas ī plebē: & semp orans deū: huic circa horā nonā oranti astitit angelus testimoniū reddens sui opis & dicens. Corneli orationes tuæ & elemosynæ ascenderūt ad memoriā corā deo. Cito orationes ad deum ascendunt: quas ad deum merita nostri operis imponunt: Sic & Raphael angelus Tobiæ oranti semper: & semper operanti testis fuit dicens. Opera dei reuelare & confiteri honorificum est. Nam quando orabas tu & Sara : ego obtuli memoriam orationis uestræ in conspectu claritatis dei : & cum sepelires tu mortuos simpliciter : & quia non es contatus exurgere & derelinquere prandium tuum: & abisti & condidisti mortuum: & missus sum tentare te : & iterum misit me deus curare te & Saram nurum tuam. Ego enim sum Raphael unus ex septem angelis iustis : qui assistimus & conuersamur ante claritatem dei. Per Hesaiam quoque dominus ammonet & docet similia contestans. Solue inquit omnem nodum iniusticiæ: resolue suffocationes impotētium cōmertioꝝ. Dimitte quassatos

in requiē & omnē consignationem iniustā dissipa. Frange exurienti panem tuū: & egenos sine tecto induc i domū tuā. Si uideris nudū uesti: & domesticos seminis tui nō despicies. Tūc erūpet tēporaneū lumē tuū: & uestimēta tua cito oriēt': & preibit āte te iusticia: & claritas dei circūdabit te. Tūc exclamabis & deus exaudiet te: dū adhuc loqueris: dicet ecce adsū. Adesse se repromittit: & audire & ꝓtegeī se eos dicit: q iniusticiæ nodos de corde soluentes: & elemosynas circa domesticos dei secūdū eius præcepta facientes: dū audiūt qđ deus præcipit fieri: ipsi quoq; a deo merent' audiri. Btūs Apostolus Paulus in necessitate pressuræ adiutus a frībus opa quæ fiūt: sacrificia dei dixit eē. Saturatus sū inqt recipiens ab Epaphrodito ca: quæ a uobis missa sūt: odore suauitatis: sacrificio accepto & placētę deo. Nā q̄do qs miseret' paupis: deo fœnarat': & q dat minimis deo donat: spitaliter deo suauitatis odorē sacrificat. In oīonibus uero celebrādis iuenimus obseruasse cū Daniele tres pueros: ī fide fortes: & i captiuitate uictores: horā tertiā: sextā: nonā: sacramento: ſ. trinitatis: quæ i nouissimis tpibus manifestari hēbat. Nā & prima hora in tertiā ueniens: cōsumatū numerū trinitatis ostēdit. Itēq; ad sextā q̄rta ꝓcedens: declarat alterā trinitatē: & q̄do a septima nona cōpleť: ꝑternas horas trinitas pfecta numerať: quæ horarū spacia iā pridē spiritaliter determinātes adoratores dei statutis & legitimis ad precē tēporibus seruiebāt: & manifesta postmodū res ē: sacramēta olim fuisse: qđ ante sic iusti precabāť. Nā super discipulos hora tertia descēdit spūs sāctus: q gratiā dominicæ repromissionis ipleuit. Itē Petrus hora sexta in tectum supius ascendens signo pariter & uoce dei monentis īstructus est: ut omnes ad gloriam salutis admitteret: cū de emundādis gētilibus āte dubitaret. Et dominus hora sexta crucifixus ad nonā: peccata nostra sāguine suo abluit: & ut redimere & uiuificare nos posset: tunc uictoriam suam passione perfecit. Sed nobis fratres dilectissimi præter horas ātiquitus obsecrandi: orandi: nunc & spacia & sacramenta creuerūt: Nam & mane orādum est: ut resurrectio domini matutina oratione celebretur. Quod olim spiritus sanctus designabat ī psalmis dicens. Rex meus & deus meus: quoniam ad te orabo domine mane: & exaudies uocem meam: mane assistam tibi: & contemplabor te: & iterum per prophetā loquitur dominus. Diluculo uigilabunt ad me dicentes. eamus & reuertamur ad dominū deum nostrum. Recedente itē sole ac die cessante necessario rursum orandū ē. Nam quia Christus sol uerus & dies uerus est: sole ac die sæculi recedente: quando oramus & petimus: ut super nos lux denuo ueniat: Christi precamur aduentum lucis æternæ gratiā præbiturū. Christum autē diem dictum in psalmis declarat spiritus sanctus. Lapis inquit quem reprobauerūt ædificātes:

hic factus ē in caput anguli. A domino factus est: & ē admirabilis in oculis nostris. Iste ē dies quē fecit dominus: ābulemus & iocūdemur in eo. Itē qđ sol appellatus sit Malachī ppheta testat dicēs. Vobis āt q timetis nomē domini oriet sol iusticiæ: & i alis eius curatio ē. Q uod si i scripturis sāctis sol uerus & dies uerus ē Christus: hora nulla a Christianis excipit: quomius frequēter ac semp deus debeat adorari: ut q i Christo: hoc ē i solc & i die uero sumus: isistamus p totū diē precibus & oremus: & q̄do mūdi lege decurrēs uicibus alternis nox resoluta succedit: nullū de nocturnis tenebris cē orātibus dānū pōt: qa filiis lucis & noctibus dies ē. Q uādo enī sine lumine est: cui lumē i corde ē? Aut quō sol ei & dies nō ē: cui sol & dies christus ē? Q ui āt in Christo: hoc ē i lumine semp sumus: nec noctibus ab oīone cessemus. Sic Anna uidua sine itermissione rogās sēp & uigilās pseuerabat i pmerendo deo: sicut i euāgelio scriptū ē. Nō recedebat inqt d̄ tēplo ieiuniis & oīonibus seruiēs nocte ac die. Viderūt uel gētiles: q necdū illumiati sūt: uel iudei q deserto lumie i tenebris remānserūt. Nos frēs dilectissimi q in dnī luce sēp sumus: q memimus & tenemus qđ esse accepta gīa cepimus cōputemus noctē p die. Ambulare nos credamus sēp i lumine: nō ipediamur a tenebris q̄s euasimus. Nulla sint horis nocturnis precū dāna: nulla oīonū pigra & ignaua dispēdia. Per dei idulgētiā recreati spitaliter & renati: imitemur qđ futuri sumus: hituri i regno sine iteruētu noctis solū diē: sic nocte q̄si i luie uigilemus. Oraturi semp & acturi grās deo: hic quoq; orare & gratias agere non desinamus.

Epistola presbyteroꝝ & Diaconū Romæ cōsistētiū ad beatū Cyprianū in qua uberes illi grās reddūt q̄ ipsos consilioꝝ suoꝝ & laudis pticipes esse uoluerit.

Vanq̄ bene sibi cōscius aius: & euāgelicæ disciplinæ uigor subnixus: & uerus sibi in decretis cælestibus testis effectus soleat se solo deo iudice eē cōtentus: nec alterius aut laudes petere aut accusationes ptimescere: tamē geminata sunt laude cōdigni: q cū cōscientiā sciāt deo soli debere se iudi: actus tamē suos desiderāt & ab ipsis suis fribus cōprobari. Q uod te frater Cypriane facere non mirū est: q pro tua uerecundia & ingēita industria consiliorum tuoꝝ nos non tam iudices uoluisti: q̄ participes inueniri: ut in tuis rebus gestis laudem tecum dum illas probamus inueniremus: & tuorū consiliorum cohæredes: quia & affirmatores esse possemus. Idem enim omnes crederemur opati: in quo deprænderemur eadem omnes cē suræ & disciplinæ cōssēsione sociati. Q uid enī magis aut in pace tā aptū: aut in bellis persecutionis tam necessarium: q̄ debitam seueritatem diuini

uigoris tenere? Quã qui remiserit: istabili rerꝫ cursu erret necesse ẽ: & huc atq; illuc uariis & ĩcertis negociorꝫ tẽpestatibus dissipet: & q̃si extorto de mãibus cõsiliorꝫ gubernaculo: nauẽ ecclesiasticæ salutis illidũt ĩ scopulos: ut appeat nõ aliter saluti ecclesiasticæ cõsuli posse: nisi si q & cõtra ipsã faciunt q̃si qdã aduersi fluctus repellant: & disciplĩæ ipsus semp custodita rõ: q̃si salutare aliqd' gubernaculũ ĩ tẽpestate seruet. Nec hoc nobis nũc nup cõsiliũ cogitatũ ẽ: nec hæc apud nos aduersus ĩprobos mõ supuenerũt repẽtina subsidia: sed antiq̃ fides disciplina legit antiq̃: quoniã nec tãtas de nobis laudes Apostolus ꝓtulisset dicẽdo: qa fides uestra prædicat ĩ toto mũdo: nisi iam exinde uigor iste radices fidei de tpibus illis mutuatus fuisset. Quarꝫ laudũ & gloriæ degenerẽ fuisse maximũ crimẽ ẽ. Minus ẽ eni dedecoris nũq̃ ad præconiũ laudis accessisse: q̃ de fastigio laudis ruisse. Minus est criminis honoratũ bono testimonio non fuisse: q̃ honorẽ bonorum testimoniorꝫ ꝑdidisse. Minus ẽ sine predicatione uirtutũ ignobilẽ sine laude iacuisse: q̃ exhæredẽ fidei factũ laudes proprias ꝑdidisse. Ea enim quæ in alicuius gloriã proferunt: nisi anxio & sollicito labore seruant: in inuidiam maximi criminis ĩ tumescunt. Hoc nos nõ falso dicere supiores nostræ litteræ probauerũt: in qbus uobis sententiã nostrã dilucida expositione ꝓtulimus: & aduersus eos: q se ipsos infideles illicita nefariorꝫ librorꝫ professiõe ꝓdiderunt: quasi hoc euasuri irretientes illos diaboli laqueos uiderentur: quo non minus quã si ad nefarias aras accessissent hoc ipso: quod ipsũ cõtestati fuerãt: tenerent. Sed etiã aduersus illos: q acta fecissent licet præsẽtes cũ fierent non affuissent: cũ præsentiã suam utiq; ut sic scriberent mandãdo fecissent: nõ est eni immunis a scelere: q ut faceret: ĩpetrauit: nec alienus a crimine: cuius consensu licet nõ a se admissum crimẽ tamẽ publice legit: & cũ totũ fidei sacramentũ in confessione Christi nominis intelligat eẽ digestũ q fallaces ĩ excusatõne præstigias quæri negauit: & q uult uideri ꝑuisse: negasse uoluit: nec nõ etiã cõtra illos quoq; q illicitis sacrificiis manus suas atq; ora polluerãt: pollutis ante mẽtibus propriis: unde etiã sũt ipse manus atq; ora polluta: fidẽ nostrã consensũq; mõstrauimus. Absit enim ab Ecclesia Romana uigorẽ suũ tã ꝓfana facilitate dimittere: & nisi uos seueritatis euersa fidei maiestate dissoluere: ut cũ adhuc nõ tantũ iaceãt: sed & cadãt euersorꝫ fratrꝫ ruinæ: ꝓperata nimis remedia cõmunicationũ utiq; nõ ꝓfutura testent: & noua ꝑ misericordiã falsã uulnera ueteribus trãsgressionis uulneribus ĩprimãtur: ut miseris ad euersionẽ maiorẽ eripiat & pœnitentia. Vbi enim indulgentiæ poterit medicina ꝓficere: si etiã ipse medicus inter præcepta pœnitentiæ indulget periculis: si tantũmodo perit uulnus: nec sint necessaria tpis remedia conducere cicatricẽ? Hoc nõ ẽ curare:

sed si dicere uerũ uolumus: occidere. Q uãquam confessorum quoq; quos hic adhuc in carcerem dignitas suæ cõfessionis inclusit: & ad certamen euãgelicum sua fides in confessione iam gloriosa semel coronauit: litteras hẽas conspirãtes cũ litteris nostris qbus seueritatẽ euãgelicæ disciplinæ protulerunt: & illicitas petitiões ab Ecclesiæ pudore reuocarunt. Nisi hoc feciſſẽt disciplinæ euãgelicæ ruina nõ facile sarciret: præsertim cũ nulli magis tam congruẽs esset tenorẽ euangelici uigoris illibatũ dignitatẽq; seruare: q̃ qui se excruciãdos & excarnificãdos p Euangelio furentibus tradidissent: ne martyrii honorẽ merito pdidissent: si i occasione martyrii præuaricatores euangelii eẽ uoluissent. Nã qui qđ habet nõ custodit in eo ex quo illud possidet: dum id ex quo possidet uiolat: amittit illud: quod possidebat. In quo loco maxias tibi atq; uberes gratias referre debemus & reddimus: qđ illoꝝ carceris tenebras litteris tuis illuminasti: quod ad illos ueneris quõ introire potuisti: qđ illoꝝ animos sua fide & cõfessione robustos tuis allocutionibus litterisq; recreasti: quod felicitates eoꝝ condignis laudibus p̃secutus: accendisti ad multo ardentiorẽ cælestis gloriæ cupiditatẽ: quod p̃nos impulisti: quod ut credimus & optamus uictores futuros uiribus tui sermonis animasti: q̃q̃ hoc totũ de fide confitentiũ & de diuina ĩdulgentia uenire uideat: tamen i martyrio suo tibi ex aliquo debitores facti eẽ uideãtur. Sed ut ad id: unde digressus sermo uidebat esse: rursus reuertat: quales litteras i sicilã quoq; miserimus subiectas habebis. Q uãquam nobis differentiæ huius rei necessitas maior incumbat: qbus post excessũ nobilissimæ memoriæ uiri Fabiani nondũ ẽ Episcopus p̃pter reꝝ & tẽporũ difficultates cõstitutus: q omnia ista moderet: & eoꝝ q̃ lapsi sunt possit cum autoritate & cũ consilio habere rationẽ. Q uãquam nobis in tã ingẽti negocio placeat: quod & tu ipse tractasti prius: Ecclesiæ pacẽ sustinendã: deide sic collatiõe cõsilioꝝ cum Episcopis Presbyteris Diaconibus cõfessoribus p̃iter astantibus laicis facta: lapsorũ tractare rationnem. Perquã enim nobis & inuidiosum & onerosum uidetur nõ p̃ multos examinare: quod q̃ multos cõmissũ uideatur fuisse: & unã sentẽtiã dicere: cũ tã grãde crimen p̃ multos diffusũ notetur exisse: quoniam nec firmũ decretũ potest esse quod nõ plurimorũ uidebit habuisse consensum. Aspice totum orbem pene uastatũ: & ubiq; iacere deiectoꝝ reliquias: & idcirco tam grãde expeti consilium: q̃ late p̃pagatum uidet esse. Non sit minor medicina q̃ uulnus ẽ: non sint minora remedia q̃ funera: ut quomodo q̃ ruerunt ob hoc ruerunt qđ cæca temeritate nimis incauti fuerũt: ita q hoc disponere nitunt omni consiliorum moderamine utantur: ne qđ non oportet factum tãquam irritum ab omnibus iudicet: Vno igitur eodẽq; consilio iisdem præcibus & fletibus tam nos q

uſq; adhuc uidemur tēporis iſtius ruinas ſubterfugiſſe: q̄ illi qui in has tem poris uident̄ clades incidiſſe: diuinā maieſtatē deprecantes: pacē eccleſia/ ſtico noīe poſtulemus. Mutuis uotis nos inuicē foueamus: cuſtodiamus: ar memus. Oremus p̄ lapſis: ut exigant̄. Oremus p̄ ſtantibus: ut nō ad ruinas uſq; tentent̄. Oremus ut qui cecidiſſe referrunt̄: delicti ſui magnitudinem agnoſcentes: intelligant non momentaneā neq; preproperā deſiderare me dicinā. Oremus ut effectus indulgentiæ lapſoꝝ ſubſequat̄ pœnitentiā: ut i tellecto ſuo crimine uelint nobis interim præſtare patientiā: nec adhuc flu ctuantē turbare Eccleſiæ ſtatū: ne interiorē nobis p̄ſecutionē ipſi incendiſ ſe uideant̄: & accedat ad criminū cumulum: quod etiam inquieti fuerunt. Maxime inim illis congruit uerecundia: quorū indelictis dānatur mens in uerecundia. Pulſent ſane fores: ſed non utiq; confringant. Adeant ad limē Eccleſiæ: ſed non utiq; ut tranſiliant. Caſtroꝝ cæleſtiū excubēt portis: ſed armati modeſtia qua itelligant ſe deſertores fuiſſe. Reſumant precum ſua rum tubam: ſed qua nō bellicū clangant. Arment ſe quidem modeſtiæ te/ lis: & quem negando mortis metu fidei dimiſerant: clipeū reſumāt: ſed ut contra hoſtē diabolū uel nunc armati: nō contra Eccleſiam: quæ illoꝝ do/ let caſus: armatos eſſe ſe credant. Multum illis proficiet petitio modeſta: poſtulatio uerecunda: humilitas neceſſaria: patientia non ocioſa. Mittant legatos pro ſuis doloribus lachrymas. Aduocatione fungant̄ & intimo pe ctore prolati genitus dolorē probantes cōmiſſi criminis & pudorē. Imo ſi dedecoris admiſſi magnitudinem p̄horreſcūt: ſi pectoris & conſciētiæ ſuæ letalem plaga & ſinuoſi uulneris altos receſſus uere medica manu tractāt: erubeſcant & petere: niſi quia maioris eſt rurſum & periculi & pudoris au/ xiliū pacis nō petiſſe. Sed hoc totum in ſacramento: ſed in ipſius poſtula/ tionis lege tēporis facto tēperamento: ſed poſtulatione demiſſa: ſed prece ſubdita: quoniā & q̄ petitur flecti debet non incitari: & ſicut reſpici debet diuina clementia: ſic reſpici debet & diuina cenſura: & ſicut ſcriptū eſt. do naui tibi omne debitū: quia me rogaſti: ſic ſcriptū eſt. qui me negauerit co ram hominibus: negabo & ego eū corā patre meo & corā angelis eius. De us enim ut eſt indulgens: ita ē præceptoꝝ ſuoꝝ exactor: & q̄dem diligens: & ſicut ad cōuiuia uocat: ſic habitū nuptialē non habentē ligatis manibus & pedibus extra ſanctoꝝ cætū foras iactat. Parauit cælū: ſed pauir & tar/ tarum. Parauit refrigeria: ſed parauit etiam æterna ſupplicia. Parauit inac ceſſibilem lucē: ſed parauit etiā perpetuæ noctis uaſtam æternāq; calginē. Cuius temperamenti moderamen nos hic tenere quærentes diu: & quidem multi & q̄dem cum q̄buſdam epiſcopis uicinis nobis & appropiquātibus: & quos ex aliis prouintiis lōge poſitis q̄ſecutionis iſtius ardor eiecerat ātē

constitutionem Episcopi nihil innouandū putauimus: sed lapsoꝝ curā mediocriter tēperandā eē credidimus: ut interim dū Episcopus dari a deo nobis sustinet: ī suspēdio eoꝝ: q foris possunt dilatione sustineri: cā teneat. eoꝝ āt quoꝝ uitæ suæ fine urgēs exitus dilationē nō pōt ferre: acta pœnitētia & ꝓfessa frequēter suoꝝ detestatōe factorū: si lachrymis: si gemitibus: fletibus dolētis ac uere penitentis animi signa ꝓdiderit: cū spes uiuēdi secū dū hoiem nulla substiterit: ita demū caute & sollicite subueniri deo ipso sciente qd de talibus faciat: qualiter iudicii sui examinet pōdera: nobis tamē anxie curātibus ut nec pronā nostrā īprobi homines laudent facilitatē: nec uere penitentes accusent nostrā quasi durā crudelitatē. Optamus te beatissime ac glorioſissime Papa semper in domino bene ualere:

Epistola Beati Cypriani ad Corneliū papam de qbusdā Nouatiano & Nouato Scismaticis: ubi illorum probra cōmemorat.

Yprianus Cornelio fratri salutē. & cū diligentia & dilectione fecisti frater carissime festinato ad nos mittēdo Niceforꝝ acolithū: q nobis & de confessoribus regressis gloriosā lætitiā nunciaret: & aduersus Nouatiani & Nouati nouas & ꝓnitiosas ad ipugnādū Christi Ecclesiā machinas plenissime instrueret. Nā cū pridie istuc uenisset hereticæ prauitatis nocēs factio ipsa iā ꝓdita: & alios q sibi cōfēserit ꝓditura: postero die Niceforus cū uestris litteris supuenit: qbus & didicimus: & docere atq; instruere cæteros cæpimus Euaristū de Episcopo iam nec laicū remāsisse cathedræ & plebis extorrē: & de Ecclesia Christi exulem: ꝓ alias lōge ꝓuintias oberrare: & ipsū ueritatis ac fidei naufragiū factū circa quosdā sui similes paria naufragia cōcitare. Nicostratū uero diacono sanctæ administratōis amisso: ecclesiasticis pecuniis sacrilega fraude subtractis: & uiduaꝝ ac populoꝝ depositis denegatis: nō tā in Africā uenire uoluisse: q̄ conscientia rapinaꝝ & criminum nefādoꝝ illic ab urbe fugisse: & nūc Ecclesiæ desertor ac ꝓfugus: quasi mutasset hominem: mutare regionem: confessorem se ultro iactat & prædicat: cum Christi confessor nec dici nec esse iampossit: qui Ecclesiam Christi negauit. Nam cum Paulus Apostolus dicat. ꝓpter hoc relinquet hō patrē & matrē: & erunt duo in unam carnē: sacramētū istud magnū ē: ego autē dico in Christū & in Ecclesiam: cū hoc inq̄ beatus Apostolus dicat: & Christū pariter atq; Ecclesiæ unitatē indiuiduis nexibus cohærentē sancta sua uoce testet: quō pōt esse cum Christo: q cum sponsa Christi atq; in eius Ecclesia non ē? Aut quō assumit sibi regendæ aut gubernandæ Ecclesiæ curā: q spoliauit & fraudauit Ecclesiā Christi? Nā de Nouato nihil inde ad

nos fuerat nunciãdum: cũ magis ꝑ nos uobis debeat Nouatus oſtendi rex nouarũ ſemꝑ cupidus: auaritiæ in explebilis: rapacitate furibundus: arrogantia & ſtupore ſuꝑbi tumoris inflatus. Semꝑ iſtic Epiſcopis male cognitus: q̃ſi hæreticus ſemꝑ & ꝑfidus oium ſacerdotũ uoce dãnatus: curioſus ſẽ ꝑ ut prodat: ad hoc adulaꝫ ut fallat: nunq̃ fidelis ut diligat. Fax & ignis ad conflãda ſeditionis incẽdia: turbo & tẽpeſtas ad fidei facienda naufragia. Tranqllitatis aduerſarius: pacis inimicus. Deniq; Nouato illinc a nobis recedẽte. i. procella & turbine recedẽte: ex ꝑte illic qes facta eſt: & glorioſi ac boni cõfeſſores: q de eccleſia illo incitãte diſceſſerãt: poſteaquã ab urbe ille diſceſſit: ad Eccleſiã reuerterunt. Idẽ eſt Nouatus q apud nos primũ diſcordiæ & ſciſmatis icẽdiũ ſeminauit: q quoſdã iſtic ex fratribus ab Epiſcopo ſegregauit: q in ipſa ꝑſecutione ad auertẽdas fratrũ mentes alia quædã ꝑſecutio noſtris fuit. Ipſe eſt: q fælicisſimũ ſatellitẽ ſuũ diaconũ nec ꝑmittẽte me nec ſciente ſua factione & ambitione cõſtituit: & cũ ſua tẽpeſtate Romæ quoq; ad euertendã Eccleſiã nauigans ſimilia illic & paria molitus eſt. A clero portionẽ plebis auellens. Fraternitatis bene ſibi cohærentis & ſe inuicẽ diligentis concordiã ſcindens. Plane quoniã ꝑ magnitudine ſua debeat cartaginẽ Roma præcedere: illic maiora & grauiora cõmiſit. Qui iſtic aduerſus Eccleſiã diaconẽ fecerat: illic Epiſcopũ fecit. Nec hoc q̃ſq̃ miretꝫ in talibus. Feruntꝫ ſemꝑ mali ſuo furore dementes: & poſteaquã ſcelera fecerint cõſcientia ipſa ſcelerate mentis agitantꝫ. Nec remanere i Eccleſia dei poſſunt: q deificã & Eccleſiaſticã diſciplinã: nec actus ſui conuerſatione: nec moꝝ pace: tenuerunt. Spoliati ab illo pupilli: fraudatæ uiduæ: pecuniæ quoq; Eccleſiæ denegatæ: has de illo exigunt pœnas: quas in eius furore conſpicimus. Pater etiã eius i uico fame mortuus: & ab eo in morte poſt modũ nec ſæpultus. Vterus uxoris calce ꝑcuſſus & a ꝑtutione propante in parricidiũ partus expreſſus. Et dãnare nunc audet ſacrificantiũ manus: cũ ſit ipſe nocentior pedibus: qbus filius: q naſcebatꝫ: occiſu eſt. Hanc conſcientiam criminũ iã pridẽ timebat. Propter hoc ſe nõ de preſbytero excitari tantũ: ſed & cõmunicatione prohiberi pro certo tenebat. Et urgẽtibus fratribus iminebat cognitiõis dies quo apud nos cã eius ageretꝫ: niſi ꝑſecutio ante ueniſſet. Quã iſte uoto quodam euadendæ & lucrandæ dãnatiõis excipiens: hæc oia cõmiſit & miſcuit: ut q eici de Eccleſia & excludi habebat iudicium ſacerdotũ uoluntaria diſceſſione præcederet: q̃ſi euaſiſſe ſit pœnã: præueniſſe ſententiã. Circa cæteros aũt frẽs elaboramus quos ab eo circunuentos dolemus: ut ueteratoris ꝓnitioſũ latus fugiãt: ut letales laqueos ſollicitantis euadant ut de qua ille pelli diuinitus meruit Eccleſiã repetãt. Quos q̃dẽ domino adiuuãte ꝑ eius miſericordiã regredi poſſe cõfidimus/

Neq; enim pōt perire nisi quem constat eē piturū: cū dominus in Euāgelio suo dicat. Ois plantatio quā nō plantauit pater meus cælestis: eradicabit. Qui plantatus nō est præceptis dei pris & monitis: solus poterit de Ecclesia ille discedere. solus Episcopis derelictis cū scismaticis & hæreticis in furore manere. Cæteros uero nobiscū adūabit dei patris mia: & Christi domini nostri idulgētia: & nra patiētia. Opto te frater carissime sēp bene ualere.

Eiusdem ad eundem Cornelium.

Yprianus Cornelio fri salutē. Et religiosū nobis & necessarium existimaui frater carissime ad cōfessores: q illic sūt: & Nouatiani & Nouati obstinatione & prauitate seducti de Ecclesia recesserūt: lras breues facere: qbus eos p affectione mutua cōuenirē: ut ad matrē. i. Ecclesiā catholicā reuertant: quas lras tibi ab Ethippo diacono legi prius mādaui: ne qs alid me scripsisse fingeret: q̄ qd meis lris cōtinet. Mādaui tamē eidē Ethippo a me ad uos misso: ut de tuo arbitrio rē gerat: & si easdē lras cōfessoribus putaueris eē credēdas: ut eas tradat. Opto te frater carissime sēp bene ualere.

Eiusdē ad eundem in qua: cū neqerit Christiane charitatis uinculo uagātes copulare: ait eos neglexisse: & nihil temere a maledicis audire: ac ordinationē suam per se & colegas stabilire.

5 Yprianus Cornelio fratri salutē. Quod seruis dei & maxie sacerdotibus iustis & pacificis congruebat frater carissime miseramus nuper collegas nostros Calydoniū & Fortunatū: ut non tantū psuasione litterarū nostrarū: sed præsentia sua & cōsilio oium uestrorū eniterent quātū posset & elaborarēt: ut ad catholicæ Ecclesiæ unitatē scisti corporis mēbra cōponerent: & Christianæ caritatis uinculo copularent. Sed quoniā diuersæ pertis obstinata & inflexibilis pertinatia nō tantū radicis & matris sinum atq; cōplexū recusauit: sed etiam gliscente & i peius recrudescēte discordia Episcopū sibi constituit: & cōtra sacramentū semel traditū di uinæ dispositōis & Catholicæ unitatis adulterū & cōtrariū caput extra Ecclesiā fecit: acceptis litteris tā tuis q̄ collegarū nostrorū: item aduentantibus bonis uiris & nobis carissimis collegis nostris Pōpeio & Stephano: a quibus hæc omnia nobis cū lætitia cōmuni asseuerata sunt firmiter probata: secūdum quod diuinæ traditionis & ecclesiasticæ institutiōis sanctitas ac pariter ueritas exigebat: litteras nostras ad te dixerimus. Sed & per prouitiam nostram hæc eadem Collegis nostris singulis in notitiam pferentes: ab his quoq; fratres

nostros cum litteris redigendos esse mandauimus. Quãquam mens nostra & propositũ iã tunc fratribus & plebi istic uniũ se manifestatũ fuisset: q̃do litteris nup ab utraq; pte susceptis tuas lras legimus: & Episcopatus tui ordinatione singulos; auribus intimauimus: Honoris etiã cõmunis memores & grauitatis sacerdotalis ac sanctitatis respectũ tenentes: ea quæ ex diuerso in librũ missũ congesta fuerãt: aceruationibus crinosis respuimus cõsiderantes pariter & põderantes qđ in tanto fratrũ religioso quæ cõsidentibus dei sacerdotibus & altari posito nec legi debeant nec audiri. Neq; enim facile promenda sunt & incaute ac temere publicãda: quæ discordioso stilo audientibus scandalũ moueant: & frẽs longe positos ac trans mare cõstitutos incerta opinione cõfundant. Viderunt quel furori suo uel libidini seruientes: & diuinæ legis & sanctitatis immemores: iactitare interi gestiunt: quæ p̃bare nõ possunt. Et cũ innocentiã destruere atq; expugnare nõ ualeant: satis habent fama mẽdacii: & falsos; ore maculas inspergere. Certe qđ Præpositis & sacerdotibus cõgruit: dãda opa est: ut talia cũ a q̃busdã scribunt̃ per nos respuant̃. Vbi enim erit qđ discimus: ac docemus scriptũ esse. cõtine linguã tuã a malo: & labia tua ne loquant̃ insidiose: Itẽ alibi. os tuũ habũdauit malicia & lingua tua cõplectebat̃ insidias: sedens aduersus fratrẽ tuum detrahebas: & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalũ. Item qđ Apostolus dicit: oĩs sermo malus de ore uestro nõ procedat: sed bonus ad ædificationẽ fidei: ut det gratiã audientibus: Porro hæc fieri debere ostendimus: si q̃do talia quorundã calũniosa temeritate cõscripta sũt: legi apud nos non patimur: & iccirco frater carissime cũ ad me talia aduersũ te & cõpresbyteros tecum considentes scripta uenissent: clero & plebi ledi præcepi: quæ religiosã simplicitatẽ sonabant: nec ullis maledicos; & cõuitiorum latratibus p̃strepebant. Quod ãt scripta collegas; nostrorũ: q̃ illic ordinationi tuæ affuerant desiderauimus: non ueteres mores obliti: nouum aliqd quærebamus. Nã satis erat ut tu te Episcopum litteris nunciares: nisi esset ex diuerso discrepans factio: quæ criminosis & calũniosis commentis suis. Collegas; piter ac fratrũ plurimos; turbaret mentes: & corda cõfunderet. Cui rei sapientiæ necessariũ duximus ut scribentiũ nobis inde Collegarum nostros; firma & solida autoritas pareret̃. Qui moribus ac uitæ & disciplinæ tuæ cõdigna litteras; suas; testimonia prædicantes: æmulis quoq; & rerũ uel nouitate uel prauitate gaudentibus: omnẽ ambigẽdi & discrepandi scrupulũ sustulerũt: & secũdũ cõsiliũ nostrũ salubri ratione liberatas i hoc fluctu æstuantiũ fratrũ mentes: sincere ac firmiter tuũ sacerdotium p̃bauerunt. Hoc enim uel maxie frater & laboramus & laborare debemus: ut unitatẽ a domino & p̃ Apostolos nobis successoribus traditã q̃tum possumus:

obtinere curemus: & qđ in nobis ẽ palabundas & errantes oues: quas quo rũdã puicax factio & hæretica tentatio a matre secernit: i Ecclesiã colligamus: illis solis foris remanentibus: q̃ i obstinatione sua uel furore supsederunt: uel pseuerauerũt: & ad nos redire noluerunt: discretionis & sepatõis a se factæ & ecclesiæ derelictæ ipsi rationẽ domino reddituri. Q uãtũ uero hic ad præsbiteriũ quorũdam & felicissimi causam ptinet: quid hic actum sit: ut scire posses litteras ad te collegæ nri manu sua subscriptas miserunt. Q ui auditis eis q̃d senserint: & qd pronũciauerint: ex eoꝝ litteris disces. Melius aũt frater facies si ẽt exẽpla litteraꝝ: quæ ad te legenda p dilectiõe cõmuni p Calydoniũ & Fortunatũ Collegas nostros pxime miserã: quæ de eodẽ Felicissimo & de præsbyterio eiusdẽ ad Clerũ istic non ad plebẽ scripseram: legi istic fratribus iubeas: quæ & ordinationẽ & rationẽ rei gestæ loquanť: ut tã istic q̃ illic circa omnia p nos fraternitas instruať. Exẽplaria ãt eadẽ nũc quoq; p Messiũ Hypodiaconũ a me missũ & Niceforũ acolythũ transmisi. Opto te frater carissime semp bene ualere.

Ad eundẽ de supradictis hæreticis: q Corneliũ male papam creatũ asse rebant: uolentes aliũ constituere.

Yprianus Cornelio fratri salutem. Venerunt ad nos frater carissime missi a Nouatiano maximus præsbiter & Augendus diaconus & Mecheus quidam & Longinus. Sed enim cum ex litteris: quas secum ferebãt: & ex eorum sermone atq; asseueratione Nouatianum Episcopum factum comperissemus illicite & contra Ecclesiam Catholicam factæ ordinationis prauitate commoti: a communicatione eos nostra cohibendos esse censuimus: & refutatis interim ac retusis: quæ obstinate ac pertinaciter asserere tentabant: nam ego & Collegæ mei plurimi: qui ad me conuenerant: expectauimus aduentum collegarum nostrorum Calydonii & fortunati: quos ad te nuper & coepiscopos nostros: qui ordinationi tuæ affuerant legatos miseramus: ut eis aduentantibus & rei gestæ ueritatẽ reportantibus maiore autoritate & elucida per eos probatione partis aduersæ improbitas frangeretur. Superuenerũt uero Pompeius & Stephanus collegæ nostri: qui & ipsi quoq; ad instruendos istic nos manifesta secundum grauitatem ac fidẽ suam indicia ac testimonia ptulerũt. Vt nec necesse fuerit audiri ultra eos: qui a Nouatiano uenerant missi. Q ui cum statione inuidiosis quoq; conuitiis & clamoribus turbulentis proruerent & flagitarent: ut crimina quæ se afferre ac probare dicebant publice a nobis & a plebe cognoscerenť: gra uitati nostræ negauimus conuenire: ut collegæ nostri iã delecti & ordinati:

& laudabili multoꝝ ſententia cõprobati: uentilari ultra famã ore maledico & æmulantiũ uoce pateremur: & qa qbus refutati & cõpreſſi ſunt: & illicitis conatibus hæreſim feciſſe nudati ſũt: in epiſtolã cõgerere lõgum fuit: & Primitiuo cõpreſbytero noſtro pleniſſime ſingula: q̃do ad uos uenerit audietis. Ac ne eoꝝ furens audacia unquã deſiſteret: hic quoq; in ſciſmatis ptes Chriſti mẽbra diſtrahere: & catholicæ Eccleſiæ corpus unũ ſcindere ac laniare nituntꝫ: ut hoſtiatim p multaꝝ domos: uel oppidati p quaſdã ciuitates diſcurrentes obſtinatiõis ſuæ: & erroris ſciſſi ſibi quærãt comites. Q ui bus ſemel reſpõſum dedimus: nec mãdare deſiſtimus: ut pnitioſa diſſenſione & cõcertatione depoſita ipietatẽ eẽ ſciant: matrẽ deſerere: & agnoſcãt atq; intelligãt: Epiſcopo ſemel facto & collegaꝝ ac plebis teſtimonio & iudicio cõprobato: aliũ cõſtitui nullo mõ poſſe. Proinde pacifice ſibi ac fideliter cõſuluiſſe: ſi ſe aſſertores Euangelii & Chriſti eſſe cõfitentur: prius ad Eccleſiã reuertantur. Opto te frater ſemper bene ualere.

Ad eundem: in qua cõgratulatꝫ de qbuſdã ad Eccleſiæ unitatẽ reuerſis: quia ſciſmaticis deprauati fuerant.

Yprianus Cornelio fratri ſalutẽ. Egiſſe nos & agere frater cariſſime maximas gratias ſine ceſſatione ꝓfitemur deo pri oipotenti & Chriſto eius domino & deo nro ſalutari: qd̃ ſic Eccleſia diuinitus protegatꝫ: ut unitas eius & ſanctitas nõ iugiter: nec ĩ totũ pfidiæ & hæreticæ prauitatis obſtinatione uitetꝫ. Legimus enim lras ueſtras: & uoti cõmunis ampliſſimũ gaudiũ exultanter excepimus: Maximũ præſbyterũ & Vrbanum confeſſores cũ Sidonio & Machario ad Eccleſiã Catholicã regreſſos eẽ. i. errore depoſito & ſciſmatico: imo hereticõ furore deſerto unitatis ac ueritatis domiciliũ fidi ſanitate repetiſſæ: ut ũn ad gloriã ꝓceſſerãt: illuc glorioſi redirẽt: ne q Chriſtũ cõfeſſi eſſent: Chriſti poſtmodũ caſtra deſererent: nec tẽtarẽt caritatis atq; unitatis fidẽ: q uicti robore & uirtute nõ fuerãt. Ecce incolumis & imaculata laudis itegritas: ecce incorrupta & ſolida cõfitentium dignitas: a deſertoribus & ꝓfugis reſſiſſe: ꝓditores fidei & Eccleſiæ catholicæ ipugnatores reliqſſe. Merito illos reuertẽtes ſũmo ut ſcribitis gaudio & clerus & plebs fraternitas oĩs excepit: quoniã ĩ cõfeſſoribus gloriã ſuã conſeruatibus & ad unitatẽ reuertẽtibus: nẽo nõ ſociũ ſe & ꝓticipẽ eoꝝ gloriæ cõputat. Huius rei læticiã de nris poſſumus ſẽſibus æſtimare: nã cũ iſtic ad lras ueſtras: quas de eoꝝ confeſſione miſiſtis: lætatus ſit oĩs fratrum numerus: & ſumma alacritate hunc nunciũ gratulationis exceperit: qd illic ubi res ipſa & præſens lætitia ſub oculis omniũ gerebatꝫ? Cum enim dominus

in Euangelio suo dicat esse summum gaudium in cælo super peccatore pœnitentiam agente: q̃to magis est gaudiũ & in terris piter & in cælo sup cõfessoribus ad Ecclesiã dei cũ gloria sua & cũ laude redeuntibus: & redeundi uiã cæteris exẽplo sui fide & probatione facientibus? Hic enĩ quosdam frẽs nr̃os error induxerat: qd̃ sibi cõmunicationẽ Cõfessor̃ seq̃ uiderent̃: Quo errore sublato lux oĩum peccatoribus infusa ẽ: & Ecclesia catholica uniũ se nec scindi nec diuidi posse mõstrata ẽ. Nec q̃cq̃ iã facile poterit scismatici furentis uerbis loq̃cibus decipi: q̃do probatũ sit bonos & glorioſos christi milites nõ potuisse diu aliena fallacia & pfidia extra ecclesiã detieri.

Ad Lucium Episcopũ ab exilio reuersũ: ubi de reditu ipsũ congaudẽs: mirificas eii Laudes commemorat.

meo: qui in cælis est: Qui autẽ me negauerit: & ego illũ negabo: & iterum dicit. Omnia peccata remittent filiis hominũ & blasphemiæ. Qui ãt blasphemauerit i spiritũ sanctũ: nõ hẽt remissam: sed reus ẽ æterni peccati. Itẽ beatus Apostolus dixit. Nõ potestis calicẽ domini bibere & calicẽ demoniorũ. Hæc q subtrahit fribus nris: decepit miseros: ut q possũt agẽtes pœnitentiã uerã deo patri ad misericordiã precibus & opibus suis satisfacere seducant: ut magis pereãt: & q erigere se possunt: plus cadãt. Nã cũ i minoribus peccatis agant peccatores pœnitentiã iusto tpe: & secundũ disciplinæ ordinẽ ad exhomologesin ueniãt: & p manus impositionẽ episcopi & cleri ius cõmunicationis accipiãt: nũc crudo tpe psecutione adhuc psseuerante: nondũ restituta Ecclesiæ ipsius pace: ad cõmunicationẽ admittunt: & offert nomen eorũ: & nondũ pœnitẽtia facta: nõdũ exhomologesi facta: nondũ manu eis ab Episcopo aut clero ipposita eucharistia illis dat: cũ scriptũ sit. Qui ederit panẽ aut biberit calicem domini indigne: reus erit corpis & sanguinis domini. Sed nunc illi rei nõ st: q minus scripturæ legẽ nouerũt. Erunt autẽ rei: q presunt & hæc fratribus nõ suggerunt: ut instructi a præpositis faciant oĩa cũ dei timore: & cũ data ab eo & prescripta obseruatõe. Exponunt deinde iuidiæ beatos martyres: & glorioso seruos dei cũ dei sacerdote cõmittũt: ut cũ illi memores legis nostræ ad me lras direxerit: & petierint tũc desideria singulorũ examinari: & pacẽ dari q̃do ipsa ante mater nostra pacẽ de misericordia domini prior sũpserit: & uos diuina protectio reduces ad ecclesiã suã fecerit. Hi sublato honore: quẽ nobis beati Martyres cũ confessoribus seruãt: contẽpta domini lege & obseruatõne: quã iidẽ martyres & cõfessores tenendã mãdant: ante extinctũ psecutionis metum: ante reditũ nostrũ: ante ipsũ pene Martyrũ excessũ cõmunicẽt cũ lapsis & offerant: Eucharistiã tradant: q̃do etiã si martyres p calorem gloriæ minus scripturã contẽplantes cõtra legẽ domini plus aliud cuperẽt: a presbyteris & diaconis suggerentibus admoneri deberent: sicut semp in peccatũ factũ est. Castigare nos itaq; diuina cẽsura nec noctibus desinit nec diebus. Præter nocturnas eni uisiones: p dies quoq; implet apud nos spũ sancto puero rũ inocẽs ætas: quæ inextasi uidet i oculis & audit & loq̃t ea: qbus nos dominus monere & instruere dignat. Et audietis oĩa q̃do me ad uos reducem fecerit dominus: q ut sederẽ: iussit interi morari: & incauti: & tumidi qdẽ inter uos: q hominẽ nõ cogitãt: uel dominũ timeant: Scientes quoniã si ultra in hisdẽ psseuerauerint: utar ea admonitione: quã dominus iubet: ut iterim prohibeantur offerre: acturi & apud nos: & apud confessores ipsos: & apud plebem uniuersam causã suã domino pmittente: cũ insinu matris ecclesiæ recolligi cœperimus: de hoc & ad Martyres & Confessores ipsos &

& apud plebem lr̃as feci: quas utraſq; legi uobis mãdaui. Opto uos fratres cariſſimi ac deſideratiſſimi in domino ſemp bene ualere: & nr̃i meminiſſe.

Ad Martyres & Confeſſores q̃ lapſis patierunt pacem dari: ut eos nominatim libello aſſignent: & cauti deſideria petentium poderent.

Yprianus Martyribus & Confeſſoribus cariſſimis fratribus ſalutem.

Sollicitudo loci noſtri & timor domini cõpellit fortiſſimi ac beatiſſimi martyres admonere uos litteris noſtris: ut a q̃bus tã deuotæ & fortiter ſeruatur fides domini: ab iiſdẽ quoq; lex & diſciplina domini reſeruetur. Nã cũ omnes milites chriſti cuſtodire oporteat præcepta ĩperatoris ſui: tũ uos magis preceptis eius obtemprare plus conuenit: q̃ exẽplũ cæteris facti eſtis & uirtutis & timoris dei. & crediderã quidẽ preſbyteros & diaconos: q̃ illic præſentes ſunt: monere uos & inſtruere pleniſſimæ circa Euangelii legẽ: ſicut & in preſbyteris ſemp ſub anteceſſoribus noſtris factũ ẽ: ut diaconi ad carcerem cõmeantes martyrũ deſideria cõſiliis ſuis & ſcripturaꝝ preceptis gubernarent: ſed nũc cũ maximo animi dolore cognoſco nõ tantum illic nõ ſuggeri diuĩa præcepta: ſed adhuc potius impedire: & ea quæ a uobis ipſis & circa deũ caute: & circa ſacerdotẽ dei honorifice fiunt: a quibuſdã preſbyteris reſoluanť: q̃ nec timorẽ dei: nec Epiſcopi honorem cogitãtes: cũ uos ad me lr̃as direxeritis: quibus examinari deſideria ueſtra: & quibuſdã lapſis pacẽ dari poſtulaſtis: cũ perſecutõe finita cõuenire in unum cũ clero & recolligi cœperimus. Illi cõtra Euangelii legẽ ueſtrã quoq; honorificã petitionẽ: ante actã pœnitentiã: ante exhomologeſin grauiſſimi atq; extremi delicti factã: ante manũ ab Epiſcopo & clero ĩ pœnitentiã impoſitã: offerre p̃ illis & euchariſtiã dare: ideſt ſanctũ domini corpus p̃fanare audeant: cũ ſcriptũ ſit. q̃ ederit panẽ aut biberit calicẽ domini indigne: reus erit corporis & ſanguinis domini. Et lapſis q̃dẽ põt in hoc uenia cõcedi. Quis non mortuus uiuificari properet? Qui nõ ad ſalutem ſuam uenire feſtinet? Sed præpoſitoꝝ eſt præceptũ tenere: & uel properantes: uel ignorantes inſtruere: ne q̃ ouiũ paſtores eſſe debent: lanii fiãt Ea enim cõcedere: quæ in perniciem uertant: decipere eſt. nec erigiť ſic lapſus: ſed p̃ dei offenſam magis impelliť ad ruinã. uel ex uobis itaq; diſcant: qd̃ docere debuerant. Petitiones & deſideria ueſtra epiſcopo ſeruent: & ad pacẽ uobis petẽtibus dandam maturũ & pacatũ tempus expectent. Ante eſt ut a domino pacem mater prior ſumat: tunc ſecundũ ueſtra deſideria de filiorum pace tracteť. Et quoniam audio fortiſſimi & cariſſimi frẽs impudentia uos quorũdam præmi: & uerecundiã ueſtrã uim pati: oro uos q̃bus poſſũ præcibus ut euãgelii

memores & cõsiderantes quæ & qualia in potestatẽ anteceſſores ueſtri mar tyres cõceſſerint: q̃ ſolliciti in omnibus fuerint: uos quoq; ſolliciti & cauti petentiũ deſideria ponderetis: utpote aici domini: & cũ illo poſtmodũ iu dicaturi inſcipiatis & actũ: & opera: & merita ſinguloꝝ: ipſoꝝ quoq; delictorũ genera & qualitates cogitetis: ne ſiq abrupte & indigne uel a uobis p miſſũ: uel a nobis factũ fuerit apud gentiles quoq; ipſos eccleſia noſtra eru beſcere incipiat. Viſitamur & cagigamur frequenter: & ut in nobis domini mandata incorrupta & immolata pmaneant admonemur. Quod q̃dẽ nec illic apud uos ceſſare cognoſco: quo minus plurimos quoq; ex uobis inſtru at ad eccleſiæ diſciplinã diuina cẽſura. Hoc autẽ totũ põt fieri: ſi ea quæ a uobis petunt̃: ne facile tribuant̃ religioſa cõtemplatione moderemini. In telligentes & cõprimentes eaſq; perſonas accipientes i beneficiis ueſtris: ut aut gratificent̃: aut illicitæ cogitationis nundinas aucupentur. De hoc ad clerũ & ad plebẽ litteras feci: quas utraſq; uobis legi mandaui. Sed & illud ad diligentiã ueſtrã redigere & emendare debetis: ut nominatim deſignetis eos q̃bus pacẽ dari deſideratis. Audio enĩ q̃buſdã ſic libellos fieri: ut dica tur. Cõmunicet ille cũ ſuis. Quod nũq̃ oĩno a martyribus factũ eſt: ut icer ta & certa petitio inuidiã nobis poſtmodũ cumulet. Iate enim patet q̃do di citur ille cum ſuis. & poſſunt nobis: & uiceni: & triceni: & amplius offerri: qui propinq; & affines: & liberti ac domeſtici eſſe aſſeuerent̃ eius: qui acci pit libellũ. & ideo peto ut eos: quos ipſi uidetis & noſtis: quoꝝ pœnitentiã ſatiſfactioni proximam cõſpicitis: deſignetis nominatim libello: & ſic ad nos fidei ac diſciplinæ cõgruentes litteras dirigatis. Opto uos fortiſſimi ac dilectiſſimi frẽs in domino ſemper bene ualere: & noſtri meminiſſe.

Significatio ad plebem: inſinuans petitionẽ factã per martyres ſup lap ſis: quæ priori epiſtola continetur.

Yprianus fratribus i plebe cõſiſtẽtibus ſalutẽ. Ingemiſcere uos & do lere ruinas fratꝝ noſtroꝝ ex me ſcio pariter & doleo & patior ac ſen tio: qd̃ btũs apoſtolus dicit. Quis infirmat̃ inqt & ego nõ ifirmor? Quis ſcandalizat̃: & ego nõ uror? & iterum poſuit in epiſtola ſua dicens. Si pati tur mẽbrum unũ: cõpatiũt̃ & cætera mẽbra. & ſi lætatur mẽbrũ unũ: & col letant̃ cætera mẽbra. Cõpatior ergo & condoleo fratribus noſtris: q lapſi: & pſecutionis infeſtatione pſtrati: & partẽ noſtroꝝ uiſceꝝ ſecũ trahentes: acrem dolorem nobis ſuis uulneribus intulerunt. Quibus potens eſt diui na miſericordia medelã dare: dũ tamen nõ putent ꝓpere nec incaute aliq̃d & feſtinãter gerendũ: ne ſi temere pax uſurpet̃: diuinæ idignatiõis offenſa

grauius prouocetur. Fecerunt ad nos de quibusdã beati martyres litteras: petentes examinari desideria sua cum pace nobis omnibus a domino prius data: ad Ecclesiam regredi cœperimus: examinabunt singula presentibus & iudicantibus uobis. audio quosdã tamẽ de presbyteris nec euangelii memores: nec qd ad nos Martyres scripserint cogitãtes: nec episcopo honorẽ sacerdotii sui & cathedræ seruãtes: iã cũ lapsis cõmunicare cœpisse: offerre p illis & eucharistiã dare: q̃do oporteat ad hæc p ordinẽ puenire. Nam cũ in minoribus delictis: quæ non in deũ cõmittunt: pœnitentia agat iusto tẽpore: & exhomologesis fiat inspecta uita eius: q agit pœnitentiam: nec ad cõmunicationem uenire quis possit: nisi prius illi ab Episcopo & clero manus fuerit imposita: q̃to magis in his grauissimis & extremis delictis cauteola & moderate secundum disciplinã domini obseruari oportet? Quos q dem nostri presbyteri & diacones monere debuerant: ut cõmendatas sibi oues fouerent: & diuino magisterio ad uiã deprecandæ salutis instruerent: Ego plebis nostræ & quietẽ noui pariter & timorẽ: in satisfactiõe dei & deprecatione uigilare: nisi illos de presbyteris gratificantes decepissent. Vel uos itaq; singulos regite & consilio ac moderatione uestra secundũ diuina præcepta lapsoꝝ animos tẽperate. Nemo adhuc importuno tẽpore acerba poma decerpat. nemo nauem suã quassatã & pforatã fluctibus priusq̃ diligenter eã refecerit in altũ denuo cõmittat. Nemo tunicam scissam accipere & induere põt: nisi eã ab artifice perito sartã uiderit: & a fullone curatã receperit. Audiant quæso patienter cõsiliũ nostrũ expectent nostram regressionẽ: ut cũ ad uos p dei misericordiam uenerimus: conuocati coepiscopi plures secundũ domini disciplinã & confessorũ presentiam beatorum martyrũ litteras & desideria examinare possimus. De hoc ad clerũ: & ad martyres: & ad confessores litteras feci: quas utrasq; legi uobis mãdaui. Opto uos frẽs carissimi Ac desideratissimi in domino semp bene ualere.

Ad Clerum propter lapsos & Cathecuminos ne uacui exirent.

Yprianus presbyteris & Diaconibus fratribus salutẽ. Miror uos fratres carissimi ad multas epistolas meas: quas uobis frequẽter misi: nihil rescripsisse: cũ fraternitatis nostræ uel utilitas uel necessitas sic utiq; gubernetur: si a uobis instructi rerum gerendarum cõsilium limare possimus. Quoniam tamen uideo facultatem ueniendi ad uos nondum esse: & iam æstatem cœpisse: quod tempus infirmitatibus assiduis & grauibus infestat: occurendũ puto fratribus nostris: ut qui libellos a Martyribus acceperũt: si incommodo aliquo & infirmitatis periculo occupati fuerint: non expe/

ctent præsentiam nostram: apud presbyterum quẽcunq; præsentem: uel si presbyter repertus non fuerit: ut urgere exitus cœperit: apud diaconũ quoq; exhomologesin facere delicti sui possint: ut manu eis in pœnitentiam imposita ueniant ad dominum cum pace: quam dari martyres litteris ad nos factis desiderauerunt. Cæteram quoq; partem: leuis quæ lapsa est: præsentia nostri fouetote: & ut a fide & misericordia domini non deficiant uestro solatio focillate. Neq; enim deserentur ab ope & auxilio domini: qui mites & humiles & pœnitentiam uere agentes in bonis opinionibus perseueraue rint: quo minus illis quoq; diuino remedio consulatur. Audiẽtibus etiam: siqui fuerint periculo preuenti & in exitu constituti uigilantia nostra nõ desit: implorantibus diuinam gratiam misericordia domini non denegetur. Opto uos fratres carissimi semper bene ualere: & nostri meminisse. Fraternitatem uniuersam meo nomine salutate. Et ut nostri meminnerint rogate. Valete.

Ad Clerum de iis qui ad Eucharistiam festinant:

Yprianus presbyteris & Diaconibus fratribus salutem. Legi litteras uestras fratres carissimi: quibus scripsistis salubre consilium uestrum non deesse fratribus nostris: ut temeraria festinatõne deposita religiosã patientiam deo prebeant: ut quando in unum per eius misericordiam ueneri/mus de omnibus speciebus secundum ecclesiasticam disciplinam tractare possimus: Maxime cum scriptum sit. Memento unde excideris: & age pœnitentiam. Pœnitentiam ille autem agit: qui diuinis præceptis mitis & patiens: & sacerdotibus dei obtẽperãs obseqis suis & operibus iustis dominũ promeretur. Quoniam tamen significastis quosdam immoderatos esse: & ad communicationem accipiendã festinanter urgere: & desideraſtis in hãc rem formam uobis a me dari: sciatis plene scripsisse me ad hanc rem proximis litteris ad uos factis. Credo: ut qui libellum a martyribus acceperunt: & auxilio eorum adiuuari apud dominum in delictis suis possunt: si premi infirmitate aliqua & periculo cœperint: exhomologesi facta & manu eis a uobis in pœnitentiam imposita: cum pace a martyribus sibi promissa ad dominum remittantur. Cæteri uero: qui nullo libello a martyribus acceptо inuidiam faciunt: quoniam non paucorum nec ecclesiæ unius aut unius prouinciæ: sed totius orbis hæc causa est: expectent ante dominum Ecclesiæ ipsius publicam pacem. hoc enim & uerecundiæ disciplinæ: & uitæ ipsi omnium nostrum conuenientes præsente & stantium plebe: quibus & ipsis p fide & timore suo honor habẽdus: est disponere oia cõsilii cõmunis

religione possimus. Cæterum q̃ irreligiosũ est: & ipsis quoq; festinãtibus p nitiosum: ut cũ extorres facti & patria pulsi ac bonis suis omnibus spoliati nondũ ad Ecclesiã redierit: quidã de lapsis Cõfessores ipsos preuenire: i& ante ad Ecclesiã introire festinent. Q ui si minimũ properãt habẽt i sua po testate qd̃ postulant. Largienter acies adhuc geriẽ: & agon quottidie cele/ braẽ. Si cõmissi uere & firmiter pœnitent: & fidei calor preualet: q differ/ ri nõ potest: Potest coronari. Opto uos fratres carissimi semp bene ualere: & nostri meminisse. Fraternitatẽ uniuersam meo nomine salutate: & ut no stri memores sint: admonete. Valete.

Ad Clerũ nõ eẽ temeꝝ pacẽ dãdã lapsis & se solũ idoneũ ad dãdũ nõ eẽ:

Yprianus prebyteris & diaconibus fratribus salutem. Dominus loq tur & dicit. sup quẽ respiciã nisi sup humilẽ & quietũ: & tremẽtẽ ser/ mones meos? Hoc cũ debeamus omnes eẽ huiusmodi: illi esse debent: qui/ bus laborandũ ẽ: ut post grauẽ lapsũ uera pœnitentia & humilitate tota ꝑ mereri dominũ possint. Legi aũt & uniuersoꝝ confessoꝝ litteras: quas uo luerunt ꝑ me collegis omnibus innotescere: & ad eos pocẽ a se datã ꝓueni/ re. Q uibus dũ apud nos ratio constiterit: q post admissũ egerint: quæ res cũ omniũ nostrũ consiliũ & sententiã spectet: preiudicare ego & solũ mihi rem cõmunem uendicare nõ audeo. Et ideo instẽt epistolis: quas approxi/ me fecerã: quaꝝ exemplũ collegis quoq; iã misi: q prescripserunt placere si bi qd̃ statuimus: nec ad uos recedendũ eẽ: donec pace nobis a domino red dita in unũ cõuenire & singuloꝝ causas examinare possimus. Sed qd mihi Calidonius Collega meus scripserit: qdq; ei rescripserim: ut sciretis: utriusq; epistolæ exẽplũ litteris meis iunxi: quod totũ peto fratribus legatis: ut ma gis ac magis ad pœnitẽtiã cõponãt. nec delicto priori adiiciãt adhuc aliud delictũ: dũ nobis nec Euangelio seruire: nec secundũ uniuersorũ confesso/ rum litteras examinare permittũt. Opto uos frẽs carissimi semper bene ua/ lere: & nostri meminisse. Fraternitatem uniuersam salutate.

Ad Calydonium Episcopum insinuans quid super lapsis egerit.

Yprianus Calydonio fratri salutẽ. Accepimus lr̃as tuas frater carissi me: satis sobrias & itegritatis ac fidei plenas. Nec miramur si exerci/ tatus & i scripturis dominicis pitus caute oia & cõsulte geras. Recte ãt sẽsi sti circa imptinẽtiã fratribus nostris pacẽ: quã sibi ipsi uera pœnitẽtia & do minice confessionis gloria reddiderunt sermonibus suis iustificati: quibus

se ante dānauerāt. Cum ergo abluerint omne delictum: & maculam primā assistente sibi domino posteriore uirtute deleuerint: iacere ultra sub diabolo quasi prostrati nō debēt: q extorres facti & bonis suis oībus spoliati erexerunt se: & cū Christo stare cœperunt. Atq utinā sic & cæteri post lapsum penitentes in statū pristinū reformentē: quos nūc urgentes & pacē temere atq importune extorquētes: quō disposuerimus ut scires: librū tibi cū Epistolis numero quinq misi: quas ad clerȝ & ad plebē: & ad Martyres quoq & Cōfessores feci. Q uæ epistolæ etiam plurimis collegis nostris missæ placuerunt: & rescripserunt se quoq nobiscū in eodē consilio secundū Catholicā fidem stare. Q uod ipsum etiam tu ad collegas nostros: quos potueris transmittes: ut apud omnes unus actus & una consentio secundum domini præcepta teneatur. Opto te frater carissime semper bene ualere.

Ad Clerum Romæ consistentē: insinuans se ab eo de morte collegæ sui certiorē reditum.

Yprianus presbyteris & Diaconibus Romæ cōsistentibus fratribus salutē. Cū de excessu boni uiri collegę mei rumor apud nos incertus esset frēs carissimi & opinio nutaret: accepi a uobis litteras ad me missas p Clementē Hypodiaconū: quibus plenissimæ de glorioso eius exitu instruerer, & exultaui satis q p integritate administrationis eius cōsumatio: quo q honesta processerit. In quo uobis quoq plurimū gratulor: q eius memoriā tā celebri & illustri testimonio psequamini: ut p uos inotescęret nobis: q & uobis esset circa Præpositi memoriā glorioſū: & nobis quoq fidei ac uirtutis preberet exēplū. Nā quantū pnitiosa ē ad sequentiū lapsum ruina Præpositi: in tantū cōtra utile est: & salutare: cū se Episcopus p firmamentū fidei fratribus prebet imitādū. Legi etiā alias litteras: i qbus nec qs scripserit nec ad quos scriptū sit: significanter expressū est. Et quoniā me i iisdē lr̄is & scriptura: & sensus: & carthæ ipsæ quoq mouerūt: ne qd ex uero uel subtractū sit uel imutatū: eādē ad uos epistolā authēticā remisi: ut recognoscatis an ipsa sit quā Clemētio Hypodiacono pferēdam dedistis: p q̄ & eni graue ē si epistolæ clerice ueritas mēdatio aliquo & fraude corrupta ē. Hoc igit̄ ut scire possimus & scripturā & subscriptionē an ur̄a sit recognoscite: & nobis qd sit i uero rescribite. Opto uos fra. ca: semp bene ualere.

Ad Clerum.

Yprianus presbyteris & Diaconibus fratribus salutē. Ne q̄d conscię tiā uestrā lateret frēs carissimi: q̄d mihi scriptū sit: utriusq epistolæ

exemplū uobis miſi: & credo uobis id quod reſcripſi: nō diſplicere. Sed & illud ad uos pferre litteris meis debui: urgente cauſa clero in urbe cōſiſtēti litteras me miſiſſe: & quoniā oportuit me p clericos ſcribere: ſcio autē nr̄os plurimos habētes eē: paucos uero: q illic ſunt: uix ad miniſteriū quottidia nū opis ſufficere: neceſſe fuit nouos aliquos cōſtituere: q mitterēt. Feciſſe aūt me ſciatis lectorē Saturū & Hypodiaconū optatū cōfeſſorē: quos iam pridē cōmuni cōſilio clero proximo feceramus: q̄do aut Saturo die paſche ſemel atq; iterū lectionē dedimus: aut mō cū preſbyteris dictoribus lectori bus doctor̄ audientiū conſtituimus: examinantes an congruerent illis oīa: quæ eſſe deberent in iis: q ad clerū pabant. Nihil ergo a me abſentibus uo bis nouum factū eſt: ſed quod iā pridē cōmuni conſilio omnium noſtrū cœ perat: neceſſitate urgente promotum eſt:

Ad Fortunatum & cæteros de iis qui per tormenta ſuperantur.

Yprianus Fortūato: Haymo: Optato: Priuatiano: Donatulo & Fœ lice fratribus ſalutē. Scripſiſtis frēs cariſſimi q̄ cū i Capſcente ciuita te propter ordinationē Epiſcopi eſſē: ptulerit ad uos nup frater & collega noſter Ninū: Clemētianū: Flor̄ fratres noſtros: q in pſecutione apprehēſi prius fuerant: & nomē domini cōfeſſi uiolentiam magiſtratus & populi fre mentis ipetū uicerant: poſtmodū cū apud pconſulē pœnis grauibus excru ciaret: ut tormēt or̄ ſubactos eē & de gradu gloriæ: ad quā plena fidei uir/ tute tendebant: diuturnis cruciatibus excidiſſe: nec tamen poſt hunc gra/ uem lapſum non uoluntate: ſed neceſſitate ſuſceptum a pœnitentia agēda per hoc triennium deſtitiſſe: de quibus conſulendum putaſtis an eos ad ex communicationem iam fas eſſet admittere. Etquidem quātum ad mei ani/ mi ſententiam pertinet puto his indulgentiam domini non defuturā: quos conſtet ſtetiſſe in acie: nomen domini confeſſos eſſe: uiolentiam Magiſtra tuum & populi furentis incurſū imobilis fidei obſtinatōne uiciſſe: paſſos eſſe carcerē diu: inter minas proconſulis & fremitum populi circunſtantis tormentis laniantibus ac longa iteratione cruciantibus repugnaſſe: ut qđ in nouiſſima infirmitate carnis ſubiactū uideē: meritor̄ precedētiū defen ſione releueē: & ſit ſatis talibus gloriā pdidiſſe: nō tamen debere nos eis & ueniæ locū claudere: atq; eos a paterna pietate: & a noſtra cōmunicatione priuare: q̄bus æſtimemus ad deprecandā clemētiā domini poſſe ſufficere: q triennio iugiter ac dolenter ut ſcribitis cū ſūma pœnitentiæ lamentatio ne planxerunt. Certe te non puto incaute & temere his pacem committi: quos uidemus militiæ ſuæ fortitudie nec prius pugnæ defuiſſe: & ſi acies ēt

denuo uenerit: gloriã ſuã poſſe repare. Nam cum in conſilio placuerit pœ nitentiã agentibus infirmitatis ꝑiculo ſubueniri & pacẽ dari: debent utiq; in accipiẽda pace precedere: quos uidemus nõ animi ifirmitate cecidiſſe: ſed ĩ prælio cõgreſſos & uulneratos ꝑ imbecillitatẽ carnis confeſſionis ſuæ coronã nõ potuiſſe ꝑferre: maxime cũ cupientibus mori nõ ꝑmitteret ceci di. Sed tã diu feſſos tormenta laniarent: q̃ diu nõ fidẽ: quæ inuicta eſt uin cerent: ſed carnẽ: quæ infirma eſt: fatigarent. Q uoniã tamen ſcripſiſtis ut cũ pluribus collegis de hoc ipſo pleniſſime tractẽ: & res tãta �exigit maius & impẽſius multoꝝ collatione cõſiliũ: & nunc oẽs fere ĩter Paſce prima ſol lennia apud ſe cũ fratribus demorant: q̃do ſollennitati celebrandæ apud ſuos ſatiſfecerint: & ad me uenire cœperint: tractabo cũ ſingulis plenius: ut de eo qd cõſuluiſtis figat apud nos: & reſcribat uobis firma ſententia a multoꝝ ſacerdotũ conſilio põderata. Opto uos fra. ca: ſemꝑ bene ualere.

Ad Clerũ: ut curam pauperũ & peregrinorum diligentiorem habeant.

Yprianus preſbyteris & Diaconibus fratribus cariſſimis ſalutẽ. Sa/luto uos frẽs cariſſimi ꝑ dei gratiã ĩcolumis optãs cito ad uos uenire: ut deſiderio tã meo q̃ ueſtro & omniũ fratrũ ſatiſfiam. Oportet nos tamen paci cõmuni cõſulere: & ĩterdũ q̃uis cũ tedio animi noſtri deeſſe uobis: ne preſentia noſtri inuidiã & uiolentiã gẽtiliũ ꝓuocet: & ſimus auctores rũpẽ dæ pacis: q magis qeti omniũ cõſulere debemus. q̃do ergo uos ſcripſeritis rebus cõpoſitis me uenire debere: Aut ſi ante dominus dignatus fuerit oſtẽ dere: tũc ad uos ueniã. Vbi enĩ mihi aut melius poſſit eẽ? Infirmoꝝ & om/niũ pauperũ curã peto diligenter habeatis: ſed & ꝑegrinis: ſi qui ĩdigentes fuerint: ſũptus ſuggeratis de q̃titate mea propria: quã apud Rogatianum cõpreſbyterũ noſtrum dimiſi: quæ q̃titas: ne forte iã uniuerſa erogata ſit: miſi eidem ꝑ Naricũ Acolytum aliam portionẽ: ut largius & prõptius cir/ca laborantes fiat operatio. Opto uos fra. ca. ſemper bene ualere.

Ad Martyres & Cõfeſſores: in qua uirtutum ſuarum laudem miris præ coniis attolens: quæcũq; patiant. myſtice ad futurã gloriã interpretatur.

Yprianus Nemeſiano: Fœlici: Lucio: & alteri Fœlici: Litteo: Polya/no: Victori: Laderi & Datiuo Coepiſcopis. Itẽ cõpreſbyteris & Dia conibus ĩ metallo cõſtitutis martyribus dei pris oĩpotẽtis & ieſu chriſti dni & dei cõſeruatoris nri æternã ſalutẽ. Gloria qdẽ uĩa poſcebat beatiſſimi ac dilectiſſimi frẽs: ut ad cõſpectũ atq; ad cõplexũ ueſtrũ uenire ipſe deberẽ:

nisi me quoq; ob confessionē christi nominis relegatū prefiniti loci termini coercerent. Sed quō possum represento me uobis: & ad uos etiā si corpore & gressu uenire nō dat' : dilectione tamē & spū uenio: exprimēs lris animū meū: quo i istis uirtutibus & laudibus uestris lætus exulto: pticipē me cōputans uobis & si non passione corpis cōsortio caritatis. An ego possim tacere & uocē meā silentio premere: cū de carissimis meis tam multa & gloriosa cognoscā: qbus uos diuina dignatio honorauit: ut ex uobis ps iā martyrii sui consumatiōe precesserit meritoq; suorum coronā d' domino receptam: pars adhuc in carceris claustris siue in metallis & uinculis demorent': exhibens p ipsas supplitioq; moras corroborādis fratribus & armandis maiora documenta: ad meritoq; titulos ampliores tormētoq; tarditate proficiens: habitura tot mercedes i cælestibus præmiis: quot nunc dies numerāt' i pœnis? Q uæ qdem uobis fortissimi ac beatissimi frēs pro merito religionis ac fidei uestræ accidisse nō miror: ut uos sic dominus ad glorioſū sublime fastagiū clarificationis suo honore prouexerit : q semp in ecclesia eius custodito fidei tenore uiguistis: cōseruantes firmiter dominica mādata. in simplicitate innocentiā: In caritate concordiā: Modestiā i humilitate diligentiā in administratione: Vigilantiā i adiuuandis laborantibus: misericordiā in fouēdis paupibus: In defendēda ueritate cōstantiā : In disciplinæ seueritate censurā. Ac ne aliud ad exemplū bonoq; factorū deesset in uobis : etiā in cōfessione nūc uocis & passione corpis Fratrū mētes ad diuina martyria prouocatis duces uos exhibendo uirtutis: ut dū grex pastores suos sequit': & qd' fieri a præpositis cernit: imitat' : paribus obsequioq; meritis a domio coronet'. q aūt fustibus cæsi prius grauiter & afflicti p eiusmodi pœnas inciastis cōfessionis uestræ religiosa primordia: execranda nobis ista res non est. Neq; enī ad fustes christianū corpus expauit: cuius est spes oīs in ligno. Sacramentū salutis suæ christi seruus agnouit: redēptus ligno ad uitā æternā: ligno profectus est ad coronā. Q uid uero mirū si uasa aurea & argētea in metallū. i. auri & argenti domicilīū dati estis? nisi q nunc metalloq; natura conuersa ē: locaq; quæ auq; & argentū dare ante cōsueuerant: accipere cæperunt? imposuerūt quoq; cōpedes pedibus uestris : & mēbra fœlicia ac dei tēpla i famibus uinculis ligauerunt: quasi cū corpe liget' & spiritus: aut aurū uestrū ferri cōtagione maculet'. Dicatis deo hominibus & fidē suā religiosa uirtute testantibus: ornamēta sūt ista nō uincula: nec christianorum pedes ad infamiā copulant sed clarificāt ad coronā. O pedes fœlicit' uicti: qui nō fabro sed a christo soluunt'. O pedes fœliciter uincti: q itinere salutari ad paradisū dirigunt'. O pedes in sæculo ad præsens ligati: ut sint sem p apud dominū liberi. O pedes cōpedibus & ira aduersarii iteri cōtabūdi:

Sed celeriter ad christũ glorioso itinere cursuri. Quantũ uult hic uel inui/
da crudelitas Vel maligna nexibus uos suis & uiculis teneat: cito a terris &
pœnis istis ad cælorꝝ regna uenietis. Non fouet̃ ĩ metallis lecto & culcitris
corpus: sed refrigerio & solatio Christi fouet̃. Humi iacent fessa laboribus
uiscera: sed pœna nõ est cũ Christo iacere. Squalent sine balneis mẽbra situ
& sorde deformia: sed spiritaliter intus abluit̃: quod foris carnaliter sordi
datur. Panis illic exiguus: At nõ ĩ pane solo uiuit homo: sed ĩ sermone dei.
Vestis algentibus deest: Sed qui Christũ induit: & uestitus habundanter &
cultus ẽ. Semitonsi capitis capillus horrescit: sed cũ sit caput uiri chistus:
qualecunqꝫ caput illud deceat necesse est: quod ob domini nomẽ insigne ẽ.
Omnis ista deformitas detestabilis & tetra gentilibus quali splendore pẽsa
bitur? Sæcularis hæc & breuis pœna: q̃ clari & æterni honoris mercede mu
tabitur: cũ secundũ bti apostoli uocẽ transformauerit dominus corpus hu
militatis nostræ conformatũ corpori claritatis suæ? Sed nec ĩ illo frẽs dile/
ctissimi aliqua põt aut religionis aut fidei iactura sentiri: ꝙ illis nunc sacer
dotibus dei facultas nõ datur offerendi & celebrandi sacrificia diuina. Ce/
lebratis imo atqꝫ offertis sacrificiũ deo & præciosũ pariter & gloriosum: &
plurimũ uobis ad retributionẽ præmiorũ cælestiũ profuturũ: cũ scriptura
diuina loquat̃ & dicat. Sacrificiũ deo spiritus cõtribulatus: cor cõtritum
& humiliatũ deus non despicit. Hoc uos sacrificiũ deo offertis. hoc sacrifi
ciũ sine intermissione die ac nocte celebratis: hostiæ facti dei & uos metip
sos sanctas atqꝫ ĩ maculatas uictimas exhibentes: sicut Apostolus adhorta
tur & dicit. Oro ergo uos frẽs per misericordiã dei: ut constituatis corpora
uestra hostiã uiuã sanctã deo placentẽ: nec configuremini sæculo huic: sed
transformemini in reuocatione sensus: ad probãdũ quæ sit uolũtas dei bo
na & placens & perfecta. Hoc est eni quod precipue deo placeat. hoc est in
quo maioribus meritis ad promerendam dei uoluntatem opera nostra pro
ueniant. Hoc est quod solũ domino de beneficiis eius grandibus & saluta/
ribus fidei ac deuotionis nostræ obsequia retribuant: predicante ĩ psalmis
& contestante spiritu sancto. Quid retribuã inqt domino ꝓ omnibus quæ
mihi retribuit? Calicẽ salutaris accipiã: & nomen domini ĩuocabo. Precio
sa in cõspectu domini mors iustorꝝ eius. Quis non libenter & prõpte cali/
cẽ salutis accipiat? Quis nõ appetat gaudibũdus & lætus ĩ quo aliqd & ip
se domino suo tribuat: Quis nõ preciosã in conspectu dei & fortiter & cõ/
stanter mortẽ excipiat: cõplaciturus eius oculis: q nos in congressione no/
minis sui desuper spectans: uolentes comprobat: adiuuat dimicantes: uin
centes coronat: retributione pietatis paternæ remunerãs in nobis quicq̃d
ipsæ prestitit: & honorans qd̃ ipse ꝑfecit? Ipsius eni eẽ qd̃ uincimus: & qd̃

ad maximi certaminis palmã ſubacto aduerſario puenimus: declarat & do cet dominus in euãgelio ſuo dicẽs. Cũ aũt uos tradiderint: nolite cogitare quõ aut qd loquamini. dabit᷑ enĩ uobis in illa hora qd loquamini. Non enĩ uos eſtis q loquimini: ſed ſpũs patris ueſtri: qui loqt᷑ in uobis. Et iterũ. Po nite ĩ cordibus ueſtris nõ premeditari excuſare. Ego enim dabo uobis & os & ſapientiã: cui nõ poterunt reſiſtere aduerſarii noſtri. In quo qdẽ & credẽ tium magna fiducia eſt: & culpa grauiſſima perfidoꝝ: nõ credere ei: qui ſe opem ſuã daturũ cõfitẽtibus pollicet᷑: nec rurſus eum timere: q æternã pœ nam negantibus cõminatur. Q uæ uos tanta omnia fortiſſimi ac fideliſſi/ mi milites Chriſti inſinuaſtis fratribus noſtris: implẽtes factis quod uerbis ante docuiſtis: futuri maximi in regno cælorum pollicente domino & dicẽ te. Q ui fecerit & ſic docuerit maximus uocabitur in regno cælorum. De/ niq; exẽplũ ueſtrũ ſecuta multiplex plebis portio confeſſa eſt uobiſcũ pari/ ter & pariter coronata ẽ: cõnexa uobis uiculo fortiſſime caritatis: & a præ/ poſitis ſuis nec carcere nec metallis ſepata. Cuius numero nec uirgines de/ ſunt: qbus ad ſexagenariũ fructus centenus acceſſit: quaſq; ad cæleſtẽ coro nam gloria gemina prouexit. In pueris quoq; uirtus maior: ætate annos ſu os confeſſionis laude tranſcendit: ut martyrii ueſtri beatũ gregẽ & ſexus & ætas omnis ornaret. Q uis nunc uobis dilectiſſimi frẽs cõſcientiæ uictricis uigor᷑ quæ ſublimitas animi᷑ quæ ĩ ſenſu exultantia᷑ q triũphus ĩ pectore᷑ unũ quẽq; ueſtrũ ſtare ad ꝓmiſſũ dei præmiũ: de iudicii die eẽ ſecurũ: Am/ bulare ĩ metallo captiuo qdẽ corpore: ſed corde regnante ſcire chriſtũ ſecũ eſſe præſentẽ: gaudentẽ tolerantia ſeruoꝝ ſuoꝝ per ueſtigia & uias ſuas ad regna æterna gradientiũ᷑ Expectatis quottidie læti profectionis ueſtræ ſa/ lutarem diẽ: & iã iãq; de ſæculo receſſuri ad martyrũ munera & domicilia diuina properatis. Poſt has mundi tenebras uiſuri candidiſſimã lucem: & accepturi maiorem paſſionibus omnibus & conflictationibus claritatem. Apoſtolo conteſtante & dicẽte. Nõ ſũt condigne paſſiões huius tẽporis ad ſupuenturã claritatẽ: quæ reuelabitur ĩ nobis. Plane qa nunc uobis ĩ preci/ bus efficatior ſermo eſt: & ad impetrandum quod ĩ preſſuris petit᷑: facilior oratio eſt: petite impenſius & rogate: ut cõfeſſionẽ omnium noſtrũ conſũ/ met: ut de iſtis tenebris & laqueis mundi nos quoq; uobiſcũ integros & glo rioſos deus liberet: ut q hic caritatis & pacis uinculo copulati contra hære ticorum iniurias & preſſuras gentilium ſimul ſtetimus: piter in regnis cæle ſtibus gaudeamus. Opto uos fra. ca. ac dilectiſſimi ĩ domio bene ualere: & noſtri ſemper & ubiq; meminiſſe.

Tractatus Beati Cypriani Q uod idola dii non ſint: nec ab his regna de

fendi: quæ acceptum tempus certo fine custodiunt: & unum uerum deum esse & dominum omnium: quem Christiani colunt.

Vod idola dii non sint & q̄ unus deus sit & q̄ credentibus datum sit deos non esse: quos colit uulgus: hic notum est. Reges olim fuerūt: q̄ ob regalem memoriā coli apud suos postmodū etiam in morte cœperūt. Inde illis instituta tēpla. Inde ad defunctorum uultus p̄ imaginem detinēdos expressa simulacra. Nam & īmolabant hostias: & dies festos dando honore celebrabant. Inde posteris facta sunt sacra: quæ primis fuerāt assumpta solatia. Nam ut uideamus an stet hæc apud singulos ueritas. Melicertes & Leucothea precipitant' in maria: & fiūt postmodū maris numina. Castor & Pollux alterni moriunt': ut uiuāt. Esculapius ut in deum surgat: fulminat'. Hercules ut hominem exuat: oetheis ignibus concrematur. Apollo Admeti pecus pauit. Laomedonti muros Neptunus instituit: nec mercedem operis infœlix structor accepit. Antrum Iouis in Creta uidetur: & sepulchrum eius ostendit': & ab eo Saturnum fugatum esse manifestum est. Inde latiū de latebra eius nomen accepit. Hic litteras imprimere: hic signare nūmos ī italia primus instituit: unde ærariū Saturni uocitat'. Nā & rusticitatis hic cultor fuit: inde ferens falcem pingit'. Hūc fugatū hospitio Ianus excepit: de cuius nomine Ianiculū dictū ē: & mēsis Ianuarius istitutus ē. Ipse bifrōs exprimit': q̄ ī medio cōstitutus annū incipientē pariter & recedētē spectare uideat'. Mauri uero manifeste Reges colunt: nec ullo uelamēto hoc nomē obtexunt. Inde p̄ gentes & prouincias singulas uaria deor̄ religio mutat': dū non unus ab omnibus deus colit': sed & propria cuiq̄ maiorū suor̄ cultura seruat'. Hoc ita eē Alexander magnus insigni uolumine ad matrē suā scribit: metu suæ potestatis proditū sibi a piis hoibus: a sacerdote secretū: q̄ maiorū Regū memoria seruata sit: inde colēdi & sacrificandi ritus inoleuerit. Si autē aliquādo dii nati sūt: cur non hodie quoq̄ nascunt'? nisi forte Iupiter senuit aut partus ī Iunone defecit. Cur uero deos putas p̄ Romanis posse: quos uideas nisi p̄ suis aduersus eor̄ arma ualuisse? Romanorū enī uernaculos deos nouimus. Est Romulus peierante Proculo deus factus & Picus: & Tyberinus: & Pilūnus: & Cōsus quē deū fraudis: uelut cōsilior̄ deum coli Romulus uoluit: postq̄ in raptū Sabinarū p̄fidia p̄uenit. Deam quoq̄ Clocinā Tatius inuenit & coluit. Pauorem hostilius atq̄ Pallorem. Mox a nescio quo febris dedicata & acca & Flora meretrices. hi dii Romani. Cæterū Mars Thracius: & Iupiter Creticus: & Iuno uel Argiua uel Samia uel Pœna: & Diana Taurica: & deor̄ mater idea: & Egiptia portenta nō numia: quæ utiq̄ siq̄d potestatis habuissēt: sua ac suor̄ regna seruassēt.

Plane ſũt apud Romanos & uicti penates: quos Eneas profugus aduexit: Eſt & Venus Calua: multo hic turpius Calua: q̃ apd̃ Homerum uulnerata. Regna aũt nõ merito accidunt: ſed forte uariant̃. Cæteq; imperiũ ante tenuerũt & aſſirii: & Perſe. & græcos & Egyptios regnaſſe cognouimus. Ita uicibus poteſtatũ Romanis quoq; ut & cæteris imperãdi tempus obuenit. Cæterũ ſi ad originẽ redeas: erubeſcas. Populus de ſceleratis & nocẽtibus congregat̃: & aſyllo conſtituto facit numerũ impunitas criminũ. Nunc ut Rex ipſe pricipatũ habeat ad crimina: fit Romulus parricida. Atq; ut matrimoniũ faciat: rẽ cõcordiæ per diſcordias auſpicatur. Rapiũt: ferociũt: fallunt ad copiam ciuitatis augẽdã. Nuptiæ ſunt illis rupta hoſpitii fœdera: & cum ſoceris bella crudelia. Eſt & gradus ſummus i Romanis honoribus Conſulatus. Sic conſulatũ cœpiſſe uidemus ut regnũ. Filios interficit Brutus: ut creſcat de ſuffragio ſceleris cõmendatio dignitatis. Nõ ergo de regionibus ſanctis: nec de auſpiciis aut auguriis Romana regna creuerũt: ſed acceptũ tẽpus certo fine cuſtodiunt. Cæterũ & Regulus auſpicia ſeruauit: & captus eſt. & Mãcinus religionẽ ſeruauit: & ſub iugum miſſus ẽ. Pullos edaces habuit Paulus: & apud Cannas tamen cæſus eſt. C. Cæſar ne ante brumã in affricã nauigia tranſmitteret: auguriis & auſpiciis retinẽtibus ſpreuit: eo facilius & nauigauit & uicit. Horũ aũt omniũ ratio eſt illa: quæ fallit & decipit: & preſtigiis cæcantibus ueritatẽ: ſtultũ & prodigũ uulgus inducit. Spiritus inſinceri & uagi: q̃ poſtea q̃ terrenis uitiis imerſi ſunt & a uigore cæleſti terreno contagio receſſerunt: nõ deſinunt p̃diti p̃dere: & de prauati errorẽ prauitatis infundere. Hos & poetæ demonas norunt: & ſocrates inſtrui ſe & regi ad arbitriũ demonis predicabat. & magis inde ẽ ad pnitioſa uel ludicra potentatus: quoq; tamẽ precipuus Soſthenes & formã ueri dei negat cõſpici poſſe: & angelos ueros ſedi eius dicit aſſiſtere. In qd̃ & Plato pari ratione conſentit: & unũ deũ ſeruans cæteros angelos uel demones dicit. Hermes quoq; Triſmegiſtus unũ deum loquitur: eũq; incõprehenſibilem atq; inæſtimabilẽ confiteť. Hi ergo ſpũs ſub ſtatuis atq; imaginibus conſecratis deliteſcunt. Hi afflatu ſuo uatũ pectora inſpirant: extorum fibras animant: auiũ uolatus gubernant: ſortes regunt: oracula efficient: falſa ueris ſemp inuoluunt. Nã & fallunt̃ & fallunt: uitã turbãt: ſõnos inquietant: irrepentes etiã ſpiritus i corporibus occultæ mentis terrẽt: mẽbra diſtorquent: ualitudinẽ frangunt: morbos laceſſunt: ut ad cultũ ſui cogant: ut nidore altariũ & rogis pecoq; ſaginati remiſſis: quæ cõſtrinxerãt: curaſſe uideant̃. Hæc eſt de illis medela: cũ ipſoq; cæſſat iniuria. nec aliud his ſtudium eſt: q̃ a deo hoĩes auocare: & ad ſupſtitionẽ ſui ab intellectu ueræ religõis auertere: & cũ ſint ipſi pænales: quærere ſibi ad pœnã comites:

quos ad crimen ſuum fecerunt errore participes. Hi tamẽ adiurati per deũ uerum nobis ſtatim cedunt & fatentur: & de obſeſſis corpibus exire cogun tur. Videas illos noſtra uoce & oratione occulte flagellis cedi: igne torque ri: incremẽto pœne ꝓpagantis extẽdi: eiulare: gemere: deprecari: unde ue/ niant: & q̃do diſcedant: ipſis etiã q̃ ſe colunt audiẽtibus cõfiteri: & uel exi liunt ſtatim: uel euaneſcunt gradatim: prout fides patiẽs adiuuat: aut gr̃a curantis aſpirat. Hinc uulgus ĩ odiũ noſtri nominis cogunt: ut nos odiſſe ĩ cipiant hoies anteq̃ noſſe: ne cognitos aut imitari poſſint: aut dãnare non poſſint. Vnus igit̃ omnium dominus deus. Neq; enĩ illa ſublimitas põt ha bere conſortem: cum ſola omnem teneat poteſtatem. Ad diuinũ imperium de terris mutuemur exẽplum. Q uãdo unq̃ regni ſocietas aut cum fide cœ/ pit: aut ſine cruore deſiit? Sic Thebanoꝝ germanitas rupta: & ꝑmanens ro gis diſſidentibus etiã in morte diſcordia: & Romanos geminos unũ nõ ca pit regnũ: quos unum uteri cœpit hoſpitiũ. Pompeius & Cæſar affines fue runt: nec tamen neceſſitudinis fœdus ĩ æmula poteſtate tenuerũt. Nec hic tu de homine mireris: cũ in hoc omnis natura conſentiat. Rex unus eſt api bus: & dux unus in gregibus: & in armentis rector unus: multo magis mun di unus eſt rector: q uniuerſa quæcũq; ſũt uerbo iubet: ratione diſpẽſat: uir tute cõſumat. Hic enĩ uideri nõ põt: uiſu clarior eſt. Nec cõprehẽdi: tactu purior eſt. Nec æſtimari: ſenſu maior ẽ. Et ideo ſic eũ digne deum æſtima/ mus: dũ inæſtimabilẽ dicimus. Q uod uero tẽplũ habere poſſit deus: cuius tẽplũ totus eſt mundus: & cũ homo latius maneat intra unã ediculam: uim tantæ maieſtatis includat? In noſtra dedicandus eſt mente: in noſtro conſe crandus eſt pectore. Nec nomen dei quæras: deus nomẽ eſt illi. Illic uoca bulis opus ẽ: ubi ꝑpriis appellationũ inſignibus multitudo dirimenda eſt. Deo q ſolus eſt: dei uocabulũ totum eſt. Ergo unus eſt: & ubiq; ipſe diffuſ/ ſus eſt. Nam & uulgus ĩ multis deũ naturaliter confitetur: cũ mens & ania ſui auctoris & Pricipis admonetur. Dici frequẽter audimus. o deus. & de/ us uidit. & deo cõmendo. & deus mihi reddet. & quod deus uult. & ſi deus dederit. Aut quæ eſt hæc ſũma delicti: nolle agnoſcere: quem ignorare nõ poſſis? Q uod uero Chriſtus ſit: & quomodo per ipſum nobis ſalus uene/ rit: ſic eſt ordo: ſic ratio. Iudeis erat apud deum gratia. ſic olim iuſti erant. ſic maiores eorum religionibus obediebãt. Inde illis & regni ſublimitas flo ruit: & generis magnitudo prouenit. Sed illi negligentes diſciplinæ: ſupbi poſtmodum facti: & fiducia patrum inflati: dum diuina præcepta contem nunt: datam ſibi gratiam perdiderunt. Q uam fuerit uero prophana uita: quæ contracta ſit uiolatæ religionis offenſam: ipſi quoq; teſtantur: qui & ſi uoce tacent: exitu cõfitentur. Diſperſi & palabundi uagantur ſoli. Et cæli

ſui profugi ꝑ hoſpicia aliena iactantur. Nec non deus ante prædixerat fo/
re: ut uergente ſæculo & mundi fine iã proximo: ex omni gẽte & populo &
loco cultores ſibi allegeret deus multo fideliores: q indulgentiã de diuinis
muneribus haurirent: quã acceptã Iudei contẽptis religionibus ꝑdidiſſẽt:
Indulgentiæ igit᷑ huius & gratiæ arbiter & magiſter ſermo & filius dei mit
titur: q per prophetas omnes illuminator & doctor humani generis prædi
cabat᷑. Hic eſt uirtus dei: hic ratio: hic ſapientia eius & gloria: hic i uirginẽ
delabitur: carnẽ ſpũ ſancto cooperante induit᷑. Deus cũ homine miſcet᷑:
hic deus noſter: hic chriſtus eſt. Q ui mediator duoꝝ hominẽ induit: quem
ꝑducat ad patrẽ. Q uod homo ẽ: eſſe chriſtus uoluit: ut & hõ poſſit eẽ: qd᷑
chriſtus ẽ. Sciebant & iudei chriſtũ eſſe uenturũ. Nã hic illis ſemꝑ prophe
tis monẽtibus annũciabat᷑. Sed ſignificato duplici eius aduẽtu unũ: q ex/
ercitio & exẽplo hois fungeret᷑: alterũ: q deũ fateret᷑: nõ intelligendo pri/
mũ aduentũ: q in paſſione preceſſit occultus: unũ tantũ credunt: q erit in
poteſtate manifeſtus. Q uod aũt hoc iudeoꝝ populus itelligere nõ potuit:
delictorũ meritũ fuit. Sic erant ſapientiæ & intelligentiæ mulctati cæcita/
te: ut q uita indigni eſſent: haberent uitã ante oculos: nec uiderent. Itaq; a
prophetis ãte predicta uerbo & uocis imperio demonia d᷑ hoibus excutẽt:
paralyticos reſtringeret: leproſos purgaret: illuminaret cæcos: claudis greſ
ſum daret: Mortuos rurſus animaret: cogeret ſibi elementa famulari: ſerui
re uentos: maria obedire: inferos cedere. Iudei q illũ crediderant: hominẽ
tantum de humilitate carnis & corporis: exiſtimabant: Magnũ diligentia
poteſtatis. Hunc magiſtri eorũ atq; primores: hoc eſt quos & doctrina ille
& ſapientia reuincebat: accenſa ira & indignatione ꝓuocat. poſtremo de/
tentum Pontio Pilato: qui tunc ex parte Romana Syriam procurabat: tra
diderunt: crucem eius & mortem ſuffragiis pertinacibus flagitarent. Hoc
eos facturos & ipſe predixerat: & Prophetarum omniũ teſtimoniũ ſic ante
preceſſerat: oportere illum pati: non ut ſentiret mortem: ſed ut uinceret. &
cum paſſus eſſet denuo ad ſuperos regredi: ut uim diuinæ maieſtatis oſten
deret. Fidem itaq; rerum curſus impleuit. Nam & crucifixus: preuento car
nificis officio: ſpiritũ ſponte dimiſit: & die tercio rurſus a mortuis ſponte
ſurrexit. Apparuit diſcipulis ſuis talis ut fuerat: ac cognoſcendũ ſe uiden/
tibus prebuit ſimul uictus & ſubſtantiæ corporalis firmitate cõſpicuus ad
dies. xl. remoratus eſt: ut denuo ad præcepta uitalia inſtrui poſſẽt & diſce/
rent. Tunc in cælum circunfuſa nube ſublatus eſt: ut hominem quem dile/
xit: quem induit: quem a morte protexit: ad patrẽ uictor imponeret. Iam
uenturus e cœlo ad pœnam diaboli: & ad cenſuram generis humani: ulto/
ris uigoꝝ & iudicis poteſtate. Per orbem uero diſcipuli magiſtro & deo mo

nente diffusi præcepta dei in salute darent. Ab errore tenebrarum ad uitã lucis adducere. Cæcos & ignaros ad agnitionẽ ueritatis oculare. Ac ne eẽt ꝓbatio minus solida & de christo delicata confessio: ꝓ tormenta: ꝓ cruces: per multa pœnarũ genera tentantur. Dolor q ueritatis testis est admoneẽt: ut christus dei filius: qui hominibus ad uitam datus creditur: non tantum præconio uocis: sed & passionis testimonio predicaretur. Hunc igitur co/mitamur: hunc sequimur: hunc habemus itineris ducem: lucis principem: Salutis auctorem: cælum pariter & patrem quærẽtibus & credẽtibus polli centẽ. Q uod ẽ christus erimus christiani: si christũ fuerimus secuti.

Libellus Beati Cypriani de singularitate clericorum: in quo docet sibi a domino fuisse reuelatum: ne sacerdotes cum fœminis comune haberent cõ tuberinum. Sed ne uelut somniatorem irrideat: quisq̃: quod per reuelatio nem dominum iussisse acceperat: per scripturarum sacra testimonia antea iussum fuisse ostendit.

Romiseram quidem uobis ãte tempus Epistolam filii carissimi: quæ omnium morum instituta de lege commendans summatim omnia ẽt contineret: quæcunq; uniuersis clericis generaliter ad dirigendam regulam competunt disciplinæ. Sed quia nunc de fœminarum commoratione uul/gariter inter nos quidam ignominiæ deuoluti sunt: etiam de hac re specia/liter uobis domini correptione scribere compulsus sum: qui miserum me ꝓ uestra negligentia cum seueritate conueniens: mandare precepit ne clerici cum fœminis commorentur. Et licet hæc admonitio sola litterarum mea/rum auctoritate sufficeret: tamen ne me somniatorem irrideat quisquam: sicut Ioseph fratres irriserunt: Scripturarum addimus firmitatem: ut om/nes sciant hoc etiam modo per reuelationem dominum iubere: quod litte/ris cognoscitur ante iussisse. nec nos esse adulterantes uerbum domini: aut uolentes iactanter de reuelationibus gloriari: sed sic ante conspectum do/mini referendo non mentiri quod loquimur: sicut a domino confidimus nos non audisse mendacium: præsumentes uocem Apostoli Pauli præstan tis. Non enim sumus inquit sicut plurimi adulterantes uerbum dei: sed ex sinceritate sicut ex deo coram ipso in christo loquimur. In dolore itaque maximo constituti de quibusdam putrefactis membris corporis nostri: & in gemitu iacturam lamentantis ecclesiæ: quæ per segnitiem nostram re/digitur per dies singulos ad nimiam paucitatem: credimus nos exparte ali qua sublcuari: ꝙ diligentiæ nostræ negligentia quorundam obesse non

possit: quibus nunq̃ nostræ litteræ defuerunt: quæ per absentiam nostram frequentiã omnibus pensauerunt dissimulationis suæ: ut unusquisq; contẽptor reꝛ semetipse cõscribat: nos autẽ libera fronte cõtẽptoribus exclamemus: qđ Salomon cõfidenter exprobrat. Quoniã quidẽ uocabã inquit & non obaudiebatis: & extendebã uerba mea & nõ intẽdebatis: sed irrita faciebatis mea cõsilia: meis autẽ increpationibus nõ intẽdebatis. Itaq; & ego uestræ ꝓditioni supridebo. Gratulabor ergo ad uersũ uos: cũ aduenerit uobis subito tumultus: euersio aũt simul & ꝓcellæ: & cũ aduenerit uobis pressura & expugnatio. Erit enĩ cũ me inuocaueritis: ego autẽ nõ exaudiã uos. Quærent me mali: & nõ inuenient. Oderunt enĩ sapientiã. Verbũ autẽ domini nõ assũpserunt: neq; uoluerunt meis cõsiliis intendere. Spreuerũt enĩ meas correptiones: Indeq; edent uiæ suæ fructus: & sua impietate satiabũtur. Ad uos nũc mea exhortatio cõuertit̃: quos nolumus experiri talia præcipitia ruinaꝛ. Metuite quantũ potestis eiusmodi casus exitia: Et ĩ ista subuersione labentiũ uos experimenta prerreant. Nimiũ preceps est: q transire cõtendit: ubi aliũ cõspexerit cecidisse. & uehemẽter infrenis ẽ: cui nõ incutitur timor alio ꝓcunte. Amator uero ẽ salutis suæ: q̃ euitat alienæ mortis incursũ. Et ipsæ est prouidus: q sollicitus sit cladibus ceteroꝛ: sicut Salomon approbat dicens. Astutus uidens malũ puniri uehementer erudiet̃. & iterũ. cadentibus impiis iusti uehemẽter terrebunt̃. Aduersa est confidẽtia: quæ piculis uitã suã pro certo cõmendat. & lubrica spes ẽ: quæ inter fomenta peccati saluari se sperat. Incerta uictoria est: inter hostilia arma pugnare. Et ipossibilis liberatio ẽ: flãmis circundari nec ardere. Quod Salomon abnegat dicens. Quis alligabit i sinu suo ignem: uestimẽta autem sua non cõburet̃? Sic qui introierit ad uxorem proximi sui: nõ erit immunis: neq; omnis qui tangit eam. Credite quæso uos credite diuinæ fidei q̃nimo q̃ nostræ: quia omne quicquid pollicet̃ non põt fallere: dicente domino. Facilius est inquit cælum & terram præterire: q̃ de lege unum apicem cadere. & iterum. Cælum & terra transibunt: uerba autem mea non preteribunt. Ipsi ergo nos fallimus: quotiens inordinaliter credimus: æstimantes per fidem nostram legis præcepta mutari: ut inter masculos & fœminas speremus passim castitatem immobilem custodiri. Difficile quis uenenum bibet: & uiuet. Verendum est dormienti in ripa: ne cadat: cum dicit Apostolus. qui se putat stare: uideat ne cadat: In hac parte expedit bene timere: q̃ male fidere. Et utilius est infirmum se homo cognoscat: ut fortis existat: q̃ fortis uideri uelit: & infirmus emergat. De qua re præsumptores obiurgat apostolus dicens. Si quis putat se aliquid esse: cum nihil sit: seipsum implanat. Pro certo implanator proprius suam animam

quid creatum est? Hac castigatiõe nõ cõpuncti: diuina interdicta nefandæ familiaritatis obstinatõe contẽnunt: & adhuc insup de caritate causant: q secundũ uerbũ Hesaie amaritudinẽ pro dulcedine deuorantes nudã fœditatem uelamento boni nominis tegũt: dũ apud eos falsa dilectione uera dilectio uiolat. Sed exclamat caritas & appellat: tales ergo nõ iunxi: altera ẽ quæ me simulando confingit. Nunq̃ dei præceptis obsisto: nunq̃ fluxis faueo: per me sanctitatẽ nõ opto culpari. Calũnias mihi aduersa germanitas facit: pericula & ego inter falsos frẽs incurri. Succurre meus præco. Succurre Paule apostole. Dic testimoniũ meũ: ne qd de me annuncias puertatur. Finis aũt est caritas de corde puro & cõscientia bona: & fide nõ ficta. Dilectio deputabit per quã sanctitatis iniuria criminationibus appetitur? Aut illoꝝ erit sincera fraternitas æstimanda: de quibus filiæ matris Ecclesiæ producunt in culpã? Si talis christiana caritas annotatur: indubitanter odia meliora sunt: quæ dũ separant neminẽ maculant. Hæc autẽ parricidalis dilectio frẽs persecutores adunare consueuit: q libenter paciunt de suo consortio filias ecclesiæ fornicarias diffamari contra caritatẽ: quã Paulus apostolus docuit dicẽs. Dilectio proximi malũ nõ opat. Egregia probatio caritatis: quæ nõ tantũ noxia germanitate officit proximo: sed etiã subiecta nõ uult esse præscriptionibus apostolicæ iussionis. Confundantur asserto res dilectionis huiuscemodi: quos iudicant illi q pro communibus commodis etiã consanguineã deserunt caritatẽ. In oi mundo pene totũ iunctũ est genus humanũ: & ubiq; cognatio naturalis alterna peregrinatiõe discernitur. Possunt parentes: possunt filii: possũt frẽs: possunt & ipsi quod plus é coniuges a deo concessa sibi naturæ uincula disrũpere: & clerici deo nõ cõcedente insup prohibente: mulierũ exitus ancillatã nõ ualent recusare caritatẽ? Optanda semp cognatis absentat affinitas proximoꝝ: & peregrinari ab extraneis fœminis clerici reluctant? Quibus faciendũ fuerat etiã si peculiare aliquid uel consuetũ dominus imperasset: q ad explicanda ipossibilia habent spiritũ sanctũ: quem mundani hoies non habent. Vnde ioannes apostolus sic admonet dicens. Filioli uincite illos: quoniã maior est q in uobis est: q̃ qui in hoc mundo. Nunc uero possibile etiã gentibus: non dicam Christianis: & leue prospicit: & apd clericos sine ullis effectibus euacuat: ut parum sit eis dei mandata despicere: nisi aliud dedecus habeant: quod nec sectant: non dicã uincunt omniũ gentiũ consuetudinẽ. Quibus dominus per Ezechielem exprobat & dicit. in legalibus meis non ambulastis: & iustificationes meas non feciſtis. Sed neq; secundũ iustificationes gẽtium: quæ sunt in circuitu uestro feciſtis. Pudendum nescio quid dilectio ista significat: cui extorqueri cõtra naturam putat. Adhuc habeo quod mirari:

Cum uideam de christianis plerosq; maritos pariter & uxores continẽtiam destinantes domicilia singularia magis eligere: ut consensus cõmunium uo torũ sine irritatione præsentiæ & concordante secessu ualeant obtinere: & eunuchi nostri nõ durant sine fœmiæ sodalitate dormire? Apud illos amor coniugalis cõtinentiæ amore pensat: & apud spadones cohabitatio fœmi næ nunq; põt habere fastidiũ? Dicat eunuchoꝝ caritas dicat: ne forte i hac secessione magis coniugalis caritas peccet: ut Apostoli Pauli cõsiliũ uidea tur coniugibus insinuasse diuortiũ. Tempus inqt quod restat breue est. Re liquũ est ut & q habent uxores sit sunt: quasi nõ habentes esse nitant: & q non habent quasi habẽtes esse glorientur. De his ipse apostolus ait. gloria i turpitudine ipsoꝝ. Dilectio est inquiũt. O dilectio quæ inuidet sibi. O ca ritas quæ cupit se uitupatione laudari. Grande miraculũ: ut uirginum cari tas uirgine faciat uelut coniuges credi: & coniugis caritas coniuges faciat uelut uirgines æstimari. Ecce uera dilectio: quæ in coniugalitate diuidit: ut in castitate coniungat. Ecce sancta dilectio: quæ coniugalibus ad cõmu nem laudẽ inducit absentiã. Hi pro certo sese insepabiliter diligũt: qui ut triũphos sibi inferant a se ipsis discedunt: qbus nec crimẽ: nec natura: nec lex: nec dominus: nec apostolus potestatẽ unius interdixit aut tulit: sed p tuendis patribus uotis semota unanimitate absentari caritas persuasit. Illi uero uiderint quid sit caritas: quã nouerũt: q nec crimini: nec naturæ: nec legi: nec domino: nec apostolo: nec ipsi coniugalitati succũbunt: quos ta men uirginitas probrosa cõdemnat: quantum illos cõiugalitas castrata glo rificat: quibus sufficiat ad suppliciũ dedecorosũ: q spadones a cõiugibus iudicantur. Ad quoꝝ increpationẽ nõ tacẽdi sunt etiã filii israhel: q apud Hesdram uxores & filios contra diuina iura susceptos non contati sũt pel lere: nec contra domini caritatẽ conati sunt excusare. Verũ fatear si permit tor. Q ui nunc pro dimittendis fœminis alienis adhærent: qd facerent si li beros & uxores proiicere iubeant? Aut quando ualebunt pro christo renũ tiare cognatis: qui mulierculas non suas præponunt christi præceptis? Di co eos facile pro iisdem mulierculis parentes proprios abnegare: q̃ propter christũ ipsas mulierculas relinquere posse. Despicientes quod in euangelio ipse dixit. Si quis uenit ad me & non odit patrem suum: aut matrem: aut uxorem: aut filios: & fratres: & sorores: & animam suam: non põt meus eẽ discipulus. Si de abiiciendis parentibus dubitantes indigni sunt Christo: quid sibi promittunt: quos contẽptores exhibet christo non parentalis af fectio? Ac per hoc illorum meritis euacuantur: quos uident contẽplatione christi nullas personas excipere cognatoꝝ. Nec minis eos: sed pœnis etiam illi confundunt: qui metuentes non tantum cum aliena: sed etiam cum sua

carne luctari amputatis genitalibus abscedunt. De quibus modo examinationis suspendo sententiã: relinquens alia disputatione promendam. Secũ dũ confusionẽ spadonum nõ dubito meliores afferere: q nec sibi parent q/dem non dicã fœminis audent tentamenta porrigere. Respondeant spiri/tales eunuchi: q furor ẽ in dilectione mulierũ: uel qđ sit in cõtubernalitate fœminæ mysteriũ: ut in perniciẽ suam alienis mẽbris indulgeant: cũ illi sua quoq; in contanter abscidant? Hi confirmatos in se artus abiiciũt: & illi ad uersariis artubus glutinantur. Hi pro integritate spiritali cum tormẽto nõ integri corporis dimicare non dubitant: & illi sine tormento integri eẽ sine fœminarum dimidietate detrectant. Sed aduersus illos compatio nulla est facienda de nostris: ne consolent̃ addicti qbuscũq; iudiciis Christianis. Peiores sunt & aliq memorãdi: ut maior pœna sit a dãnato dãnari. Iudeos cõsiderent usq; hodie pro legis imperio carnis suæ ptem circuncisione truncare: & sciant quid mereantur: qui euangelio iubente dissimulant circuncisi mulierum præsentia peragere domini uoluntatem: nõ intelligentes q; ipse dominus dixerit. nisi habundauerit iustitia uestra plus q̃ scribarũ & Phariseorum: non intraueritis in regnũ cælorum. Puto etiã de Gallis suis nobis idolatre exprobranter insultent: qui abscidentes semetipsos libenter excruciant: dũmodo cum status sui simulacrorum dissimulatiõibus pareant. Clerici aũt nostri ad lucrum magis corporis proprii dãnum uolunt mulerum secum cõmorantium sustinere: Quas etiã de substantia ꝓpria euellere oportebat: si cũ illis nasci cõtingeret: ne idolatris & sacrilegis erubescerent. De quibus & dominus contẽptores arguit dicens. Prudentiores sunt filii sæculi huius: filiis lucis. Ergo nostris clericis taliũ profana deuotio est præponẽda: qbus cum tantis exitiis amabilia sunt turpia sacerdotia. Clerici uero ꝓ dignitate sacerdotii cælestis nõ sanguine fundunt: non tollerãt ferrum: nõ est aliquod uulnus: non est aliquis cruciatus: sed solus contra dominum fœminæ terret aspectus: sic in fœminas ruunt? Sic fœminas amant: ut nõ sperent manifestari dilectionis suæ quandoq; posse pura mysteria: sicut per cõsimiles eorum turpiter publicata sũt & detecta? quos Paulus apostolus preuiderat iã tunc dicens. Quorũdam hominum peccata manifesta sunt præcedentia ad iudicium: quosdam autem & subsequũtur. Similiter autem & facta bona manifesta sunt: & quæcunq; aliter se habent: abscondi non possunt. At contra & ipsi dicunt. nonnulli de contemptoribus nostris similiter fœminas habentes in domibus martyrium secuti sunt: ut illorum innocens conscientia probaretur. Nolo mihi de martyrio quisquam moueat a/ectionem: quia sæpius & mechi: & sanguinarii: & ebriosi: & omnium scelerum rei: reperta pugnæ occasione: conuersi meruerũt ad martyrii ueniam

peruenire. Ideo enim martyrium appellatur tam corona: q̃ baptiſma: quia baptizat pariter & coronat. Age nunc ſi licuerit quibuſdam inuiolata fœminarum ſocietate martyrium promereri ſine indulgentia illis: quorũ martyrium ipſum non fuit: quos reatus prohibitæ contubernalitatis nõ abſoluit? Nec innocẽtes in ipſa innocẽtia potuit approbare: qbus contemptum legis & conuerſationis illicitæ fœditatem: & quod eſt grauius ſuper omnia crimen Eccleſiæ cernit̃ ignouiſſe. Et enim noxia eſt innocentia: quæ ſpõſæ chriſti officit famæ. Et cum chriſtus agnus innocẽs imo ipſe cæleſtis innocẽtia quod eſt uerius: totum ſe contempſerit pro eccleſia: ut eam ſine macula ulla uel ruga redderet illibatam: qualis eſt clericus: cui ad hoc ſponſa chriſti committitur: ut pro unius fœminæ amorem culpari totam eccleſiam paciatur? Audemus dicere a deo patre miſſus eſt filius de ſinu patris: & regno abſens eſſe durauit: ut eccleſiam faceret innocentem: & clericus mulieris latus deſerere non poteſt: ne chriſti eccleſiam reddat infamem? Sed aiunt. In martyrio ignoſcitur nobis: ſicut indultum eſt parentibus: hoc ergo & nos omnes de peccatis omnibus confidamus: ut qui agere bene laboramus: inter luxurias euagemur: & diſcurramus per ſemitas peccatorum: retinacula dimittamus: & frena laxemus. Eamus nos q̃cũq; mũdus abſtulerit: & ubicunq; nos diabolus inuitauerit. Libere fornicemur: iuideamus: rapiamus: fraudemus: omnia mala ſecuri cõmittamus: martyrium ſubueniet: & euademus. Sic enim Paulus apoſtolus pollicetur. Faciamus mala ut ueniãt bona. Quorũ dãnatio iuſta eſt. Huic martyrio ſpẽ tradant: quos mathematici docuerũt habere de craſtino præſentiã: & has coronas expectent: qui ſuper angelos & chriſtũ per aſtrologos didicerunt ſcire tempora: quæ pater in ſua poſuit poteſtate: ut uel tunc recordentur ãte martyrii tempus bene agere debuiſſe: cũ diẽ domini ſenſerint ſicut furẽ. Sed credamus ſup illos martyrium iam iamq; pendere. Interim priuſquam martyres fiant: legibus ſubiacent: ut iudicio ſubiiciatur niſi armis exarmentur. Audaciæ nephas eſt illis aduerſus auctoritatem domini parẽtum perſonas obiicere: quibus ipſe dominus contra dictionis huius abſtulit uocem. In legalibus inquit patrũ ueſtrorum nolite ambulare: & iuſtificationes eorum nolite cuſtodire: & ſtudiis eorum nolite commiſceri: & nolite inquinari. Ego dominus deus ueſter. In præceptis meis ambulate: & iuſtificationes meas cuſtodite. Sciant nunc adempta ſibi eſſe parentalia patrocinia: qui huc atq; illuc recurrentes contradictionum latebras quærunt: ne unq̃ fœminis careant. & quia undiq; defenſionis ſuffragio deſeruntur in nouiſſimis cunctis argumẽtis exhauſtis ſententiam Pauli Apoſtoli opitulari ſibi opinantur: & dicunt. Tu qui es: ut qui de ſeruo alieno iudices? Agnoſcit equidem Paulus apoſtolus cõ/

ſtitutionis ſuæ uerba prolata: ſed conſtitutionarios & ꝓlatores ipſos igno
rat. Illis enim contulit defenſionem: qui nullam partem legis impugnant:
& ipſis tribuit patrocinium: qui exuoto ſuo aliquid faciunt: nec quic/
quam eccleſiaſtici iuris impediunt. Ius tractat uiuendi: & non edendi:
arbitrium uniuſcuiuſq; confirmans: De ſimilibus neminem iuſſit iudica/
ri: quæ uoluntati ſingulorum auctoritas diuina concedens in utraq; parte
faciendi: & non faciendi clementer indulſit. Illos autem eccleſiaſticos tri/
bunalibus ſubdidit: quos tranſgreſſores ordinari tranſgreſſionis nulla im/
punitas excuſauit: ut qui paſſim. Tu qui es: qui de ſeruo alieno iudices:
aduerſus nos ueluti libellum contradictorium proferunt: rationale ſimul
& certum recognoſcant: quod accepimus ab eodem Paulo apoſtolo repul/
ſorium. Præcipimus inquit uobis frēs i nomine domini noſtri ieſu chriſti:
ut ſeparetis uos a fratribus ambulantibus inordinate: & nō ſecundū tradi/
tionē: quā accepiſtis a nobis. Euaſimus ut opinor tāta ligamia queſtionū:
qbus amatores eunuchos amplexus fœminei ligauerūt. Q ui puerſis inter/
pretationibus decreta legalia demutare coguntē: & malunt audiri ꝓponen
tes uana & fabuloſa cōmenta: q̄ ipſi quæ uera ſunt audiant. Q uos Paulus
apoſtolus annūciat dicens. A ueritate quidē auditum auertent: ad fabulas
aūt conuertentē. Q uicqd uolunt adhuc exqrant: ut obſiſtāt ꝓ mulieribus
ueritati. Victoriā nō habent apud quos contra eſdrā mulier potius q̄ ueri/
tas uicit. Vos autē filii cariſſimi nō tantū perſuaſionē: ſed etiam poteſtate
conuenio. Tale deliramentū deſpicite: quoꝝ queſtiones Paulū apoſtolum
ſcitis ubiq; dānaſſe: ſicut ad romanos ſcripſit dicēs. Rogo uos frēs diligen
ter obſeruate eos: q diſſenſiones & offendicula præter doctrinā: quam uos
didiciſtis: aut dicunt: aut faciunt: & declinate ab ipſis: Sic & Thimotheo
delegat. Noli inqt uerbis contēdere: nihil enim utile ē: niſi in ſubuerſionē
audientiū. Sollicite cura teipſū probabilē exhibere deo opariū irreprehen
ſibilem: recte tractantē uerbum ueritatis. Stulta aūt & inania eloquia deui
ta. Multū enim proficiunt ad impietatē: & ſermo eoꝝ ſicut cancer ſerpit.
Atq; ut oſtenderet clericis diſponendū ad euacuandas queſtiones: quæ ſit
doctrina conueniens: etiam Tito ſic inſinuat dicens. Tu autē loquere quæ
conueniunt ſanæ doctrinæ. maiores natu ſobrioſos eſſe: prudentes: ſanos
in fide: in caritate: in pacientientia ſincera. Ergo auditiones ſimplices obe
dientia ueſtra ſuſcipiat: & uerſipellem contradictionum uitate fallaciam.
Purum iter ueſtris greſſibus mundate: & ſuper ſpinas & tribulos nolite cal
care: ne bonum ſemē non poſſit uobis propter ſpinæ frutices ſāctitatis fru
ctus afferre. Vnde profeta Hieremias ſic hortatur: & docet dicens. Nolite

inquit ſerere in ſpinis. Circuncidite uos deo ueſtro : circuncidite præputi/
um cordis ueſtri. Abſcidenda ſunt ergo de agro noſtro cuncta: quæ punge
re & lacerare conſueuerunt : ne animus agricultoris in poſſeſſione ſua mali
gnis ſentibus inſeratur. Et amputanda ſunt omnia nobis quæcunq; ignife/
ri fomitis ſulphurantibus flammis ſcatens fornax ebulientis carnis exeſtu/
at: ne uel tenuis quidem ſcintilla ſeruata maiora conflet incendia. Quod
Salomon manifeſtat dicens. Ab ſcintilla una augetur ignis. Auertite occa
ſiones impuras: quibus interiora pectoris penetrantur: ut liquida in uobis
perſpicuitas honoretur. Contenti eſtote ſingularitatem laborioſam pro pu
dore ſeruando potius ſuſtinere: q̃ ſine labore ad dedecus peruenire. Con/
templamini quid ſit populo ſancto præeſſe : & conſiderate quale ſit diui/
nis ſacramentis inſiſtere. Alteris placere debent: qui alteris uiuunt: & talis
conuenit cura ſinceritatis ſacratis : qualia ſunt ſacra ipſa: quibus exhibent
officia ſeruitutis: ne circa dominum offendant ipſi quod tractant: aut cir/
ca populum incipiant impedire quod prædicãt. Propter quod Paulus apo
ſtolus ſic teſtificatur. Et omnia inquit ſuſtinemus : ne quod impedimẽtum
demus. Euangelio chriſti. & iterum. Nemini dantes ullam offenſionem:
ut non uituperetur miniſterium noſtrum. Hac igitur inſtitutione uobis q̃
plurimum laborandum eſt : de quibus ad manifeſtandam grauitatem ſin/
gularitas magis q̃ parilitas teſtis uera eſt. Reſpicite quanta mala conuerſa
tio parilitatis huius acquirat: quæ non niſi corruptionem ſeminat : pullu/
lat uitia: cupiditatem concipit: ignominiam parit: rabiem concitat: porri
git furiam: laſciuiam paſcit: petulantiam nutrit: caſus exaltat : ruinas edi/
ficat: ripas eripit: præcipitia inſtruit: periculis nauigat: naufragiis uelifi/
cat: perditione gaudet: interitum fouet: confuſionem mercatur: theſauri/
zat obprobrium: criminationes exaggerat: accuſationes inflammat: & ca/
teruatim ſemel in faſcem glomerans numeroſas indagines captionum per
infinita dedecorum ſimplices mortes inuæhit in perniciem perditorum.
Tot itaq; & tantas ſtrages calamitatis: & ſtrages peſſimæ cõuerſationis ne/
mo proſternit : nemo calcat : nemo funeſtat : niſi ſingularis caſtitas ſola:
quæ munimen inuictum eſt ſanctimoniæ : & expugnatio fortis infamiæ :
Fortitudinis firmitas: & laſciuiæ petulantis infirmitas. Probitatis præſi/
dium: & improbitatis excidium. Animæ uictoria: & corporis præda. uber
tas gloriarum: & cupiditas criminum. Pronuba ſanctitatis : & repudium
turpitudinis. Sinceritatis inditium : & abolitio ſcandalorum. Exerciti/
um cõtinentiæ: & uacuatio tota luxuriæ. Pax ſecura uirtutũ: & debellatio
inquieta bellorũ. Puritatis culmen: & libidinis cãcer. honeſtatis portus: &

ignominiæ naufragalis locus. uirginitatis mater: & hostis immunditiæ: Lorica pudoris: & spolium probrositatis. Corruptionis exitium: murus rigoris: & destructio uulgaritatis: Seueritatis gladius triumphator: & dissolutionis occisor. Armatura uirium: & exarmatura fluxarum. Integritatis dignitas: & fornicationis addictio. Claritatis fastigium: & dedecoris præcipitium. uolũtas bonorum operum: & affictio uitiorum. Refrigerium pudicitiæ: & pœna petulantiæ. Acquisitio triumphorum: & facinorum detrimẽtum. Requies salutis: & perditionis exilium. Vita spiritus: & carnis interitus. Status qualitatis angelicæ: fimus humanæ substantiæ. Huius retinaculis omnis obscenitas frenatur: & compedibus eius calces furentes libidinis statuuntur. In hac uelut in scopulos frangũtur impetus qualescunq; sanguinis inundantis: & in illa sedatur spumans tumoris insania corporalis. Quæ dum sibi subtrahit amminicula cõcupiscentiæ: mortua membra sua cognoscitur baiulare: de quibus Apostolus Paulus præmonet dicens: Mortificate ergo membra: quæ sunt super terram: fornicationem: imundiciã: libidinẽ: cõcupiscẽtiã malã & auariciã: quæ ẽ y doloꝛ seruitus: pp quæ uenit ira dei. Ab his oibus nõ nisi splẽdido singularitatis cultro castrat hũana natura: ut illibatos spadones ad conuiuiũ sanctitatis dispẽsãte circũcisione itroducat. Cui scitas ita ꝓmisit ãnuli sui nuptiale signaculum: ut sine ipsa uirginitas resignetur: quæ & sola contenta cupidinem domat: mentẽq; testificat: concupiscentiam subigit: desideria ardoris extinguit: artus debilitat: corpus ancillat: & ita carnalia crucifigit: ut tam masculus q̃ fœmina uideatur in conuersatione mentiri: dum illos utriusq; sexus operatione abscidit: aut neutrum faciens de duobus: tertiam formam conferre gloriatur ambobus: ut ante resurrectionem resurrectionis imaginem ad instar angelorum meditari noscatur. Quod promittens dominus in futurũ: qui digni inquit habentur sæculi illius: & resurrectionis a mortuis: non nubent: neq; nubentur. neq; enim morientur. Nam sunt similes angelis dei: Quia resurrectionis filii sunt. Hoc exigit sancta singularitas meritorum: ut antequam transfiguretur iam transfigurata cernatur in angelicæ claritatis aspectum. Quæ omnia sibi amputans concupiscentiæ certamina depredatur. Cuius laudes Salomon exequitur dicens. Melius est esse sine filiis cum claritate. Immortalitas est enim in memoria illius: quæ & apud deum nota est: & apud homines. Cum præsens est: immitatur illam: & desiderãt eam: cum se subduxerit: & in perpetuum coronata triumphat incoinquinatorum certaminum prœlium uincens. Nõ est sine filiis cum claritate: nisi singularitas sola: quam non solum cõscientia sua nullis sordibus maculat: sed etiam nullæ opiniones suspectæ parilitatis infamant. Nam si castitas (qd ẽ

difficile) masculum & fœminam pariter in uirginitate cõseruet: non habet claritatẽ: quam cõmunitas ipsa non põt: nisi quibusdã probositatum tenebris obscurare. Singularitas uero ita clara est omnibus & exerta: ut cũctis splendore sui candoris pura manifestet & lucida. Vnde sic nos apostolus edocet dicens. Sicut filii lucis ambulate. fructus enim luminis ẽ in omni bonitate: & iusticia: & ueritate probãtes q̃ beneplacitũ sit deo. & iterũ. Oĩa inquit facite sine murmuratione & hæsitatione: ut sitis irreprehẽsibiles: & simplices: sicut filii dei ĩmaculati in medio nationis prauæ & peruersæ: inter quos lucetis sicut luminaria in mundo. Sic ubiq̃ singularitas splendet: ut oẽs pro illa splendere nõ dubitent: & ita sanctitatem in semetipsa clarificat: ut laudẽ sibi ab ipsis quoq̃ inimicis extorqueat. Quod maxime d' præposito quocũq̃ Paulus apostolus mandat dicens. Oportet autẽ eũ & testimonium habere bonũ ab aliis: q̃ foris sunt: ut non in obprobriũ incidat: & laqueũ diaboli. Hanc igitur amate: hanc timete: quæ sola põt fœminas debellare. cum adhuc concupiscentia nulla pectus impulsat: & dũ adhuc simplicitas incorrupta ꝑmanet uel quieta: ad secretæ singularitatis tutelam cito concurrite: ne postmodũ non ualeatis effugere. Præoccupandus est aditus conctis insidiis: ne hostilitas prior obrepens occurrat improuidis. Salutare remediũ est præuenire potius q̃ preueniri: & anticipare potius q̃ anticipari uiribus fortibus congruit. Vbicũq̃ fuerit ꝓuidentia: frustrant uniuersa contraria. Vbi autẽ prouidentia negligitur: omnia contraria dominantur. Ante famẽ certamus: ante inopiam laborando satagimus. Sic per omnia calamitatibus cunctis tollimus locum: dũ gerimus prouidentiam tẽporum futurorum. Quanto magis ante præuenienda est omni prouisione calamitas fœminarum: cuius cupido si admittitur incipere: nunq̃ prorsus accipit finem? Cuius comparationem Salomon explicat dicens. Infernus: & amor mulieris: & terra quæ non satiatur aqua: & ignis nõ dicit sufficit. Vnusquisq̃ itaq̃ qui securus ẽ: quia necdum tentatur timeat: quia nihil de illo dicitur: ꝓspiciat ne dicatur. homines sumus: fragilitatem nostram carne portamus. Sic iam undiq̃ circunspecta uiua citate circundare debemus & cingere: ut non sit pars aliqua quæ uacillet. Accipimus quidem fortitudinem spiritalem: per quam substãtiæ nostræ fragilitas roboretur. Sed ita nobis spiritalis fortitudo collata est: ut prouidos non ut præcipites tueatur: ut illos muniat: qui renunciant importunitatibus delictorum: non eos qui se magis importunis delictis immergunt. Custos nobis datus est spiritus: sed ut contraria declinantibus assistendo subueniat: non ut contraria eligentibus faueat: nec ut uoluntarios & ꝓnos in aduersa confortet: sed ut aduersus nitẽtes separari cõfirmet. Nã quicunq̃ ꝑniciosis conatibus audet

Salomõ.

que nũq̃ dicit sufficit.

exercere uirtutem: iuuamem non habet ſpiritus ſãcti: qui neminem uult ul troneum uirum fortem ad fraudulẽtas uictorias coarctari: nec protegit eũ quinimo: ſed deſerit quẽ periculis irruentem per illicitos euentus exquirere triũphos agnouerit: ſicut ipſe iam tunc per Salomonem locutus eſt dicẽs. Amans piculum: in ipſo periet. Ordine ſuo igitur nõ noſtro arbitrio uirtus ſancti ſpiritus miniſtraꝛ: & ſecundum inſtitutũ eius prœlia proſperantur: nunq̃ niſi præcipitatus exercitus cecidit: qui auidus fortiter facere: Ducis uel impatoris ſui diſpoſitiones irrupit. multo magis per piturã erogat for/ titudinẽ: qui ſine armis doctrinæ magiſtri ſpiritus præſũpſerit triũphare: cum dicat. ueh: qui per præſumptionẽ ſuã aliqd faciunt: non per deum. Si qua igitur i uobis eſt fiducia uiriũ ſpiritaliũ: quid ſpirituales deceat recorde tur: & ſi creditis uos ſpiritaliter militare: agnoſcite quod docemus nõ eſſe carnale: Sicut Paulus apoſtolus loquiꝛ dicens. Si quis putat ſe prophetam eſſe aut ſpiritalẽ: cognoſcat quæ ſcribo uobis. Non eſt q̃ uobis in hac per/ ſuaſione deceptoria blandiamini: ut qa ſpirituales eſtis: uelitis inter flagitio ſorum armamenta uerſari: nec uos inhabiles eſſe pro clericatus dignitate: qui a maiores maioribus conſueuerunt cõflictiones occurrere. Acrius diui tibus q̃ pauperibus iuidetur: & nõ inopes: ſed locupletes inqetat infeſtatio ſæua latronum. Plus duces & principes q̃ milites ab hoſtibus appetunꝛ in pugna: & uiolentius propulſantur uentis & turbinibus culmina quæcunq̃ ſunt altiora. Ideo magis magiſq̃ quo plus cæreris unuſqſq̃ põt: ſciat eſſe ſi bi metuendum: ne in aliquo minoretur: propter quod Salomon ſic admo/ net dicens. Q ui gloriatur inquit i diuitiis: paupertatẽ uereaꝛ. Rogo uos quantũ ualeo: & ultra quã ualeo: hæc ſunt ſtudia oĩa clericorũ: ut ſingulari tatis inaccuſabilis ſeceſſione fungaꝛ: ne aut ipſi per fœminas: aut fœmi/ næ per illos ad ignominioſa ludibria prouocentur. Si quis habet matrem: uel filiã: uel ſororem: uel coniugẽ: uel cognatam ſic habeat: ut nulla ancilla interſit: neq̃ aliqua igrediaꝛ extranea: ne ad hoc uideatur tenere proximas ſuas: ut ipſarum cauſa libere ſibi adhibeat alienas. q̃ ſi nõ poſſint ipſe quæ ſũt proximæ ſine famularũ miniſterio: uel ſine amicarum ſolatio: expedit: ut migret ad aliud domiciliũ; q̃ propter illas perſonæ cõtrariæ teneãꝛ. hũa num eſt enim ut nec clericus illas neceſſariis fœminis fraudet: nec ipſe cle/ ricum per importunas fœminas ſordident: Aſſignari poſſunt ſanctis mu/ lieribus: cum quibus uiuant: dummodo cum clerico fœmina nulla comma neat: non deſpecta: non uetula ſine affinitate peculialiter ſuſcipienda ad domeſticum obſequium: quia magis illic cito delinquitur: ubi ſine ſuſpitio ne ſecurum poteſt eſſe delictũ: maxime qa cupidini nulla deformitas: nulla deſpectio faſtidii uel uilis exiſtit: uel diabolus pingens ſpecioſum efficit q̃

quid fœdum uel horridum fuerit. Si quis autem modo ꝓfectione cogente apud frēs uel apud extraneos hoſpitaꝫ: ubi mulieres interſunt: omnino ſe arctet: ne paſſibilitate aliqua uitieꝫ. Semotus ac ſecretus deo uacet: & ſibi ne intus capiaꝫ a diabolo: & q foris capi non potuit: apud ſuos cadat: Qui hoſtes effugit ad tēpus pro ſalutaribus cauſis procidat ad faciē: & iterum cito diſcedere de cōſpectu feſtinat. Vbi guſtāda eſt cū mulieribus non cōtinuanda præſentia: ſed quaſi tranſeunter fœminis exhibēda eſt acceſſio quodāmodo fugitiua. Proteruitatis enim iā cœpta ſunt repreſentari ſemp in mediū: & ꝑditionis meditatio ē frequentatiuū inter mulieres celebrare ꝓceſſum. De qua re nobis Salomō moderamē ipoſuit dicēs. In medio mulierū noli aſſiduus eē. Sic igiꝫ ambulate: ſic agite: ut ſemp in clericis eccleſiæ ſenatus cādidus cōſtet. Sæueritas i uobis circa fœminas uigerat: auctoritas polleat: uigor teneaꝫ: grauitas uenereꝫ. Vt ſemel oīa colligamus ad clauſulā: breuiariū relegimus uobis: qđ ad cōpendioſā plenitudinem rediגens Paulus apoſtolus iſinuat: De cætero fratres quæcūq; ſunt uera: quæcūq; pudica: quæcunq; iuſta: quæcūq; ſancta: quæcūq; amabilia: quæcunq; bonæ famæ: ſi qua uirtus: ſi qua laus diſciplinæ: hæc cogitate: quæ accepiſtis: & didiciſtis: & audiſtis: & uidiſtis in me. Hæc agite: & deus pacis & dilectionis erit uobiſcum Amen.

Tractatus eiuſdē aduerſus iudeos de montibus Syna & Syon. Vbi oſtēdit montem Syon eſſe cæleſtem & ſpiritalem: ſignificareq; populum gentium. Syna aūt eſſe terrenū ac iudeoꝝ ferre ſimilitudinem.

Robatio capitolorum: quæ in ſcripturis deificis continentur: Quæ in ueteri teſtamento figuraliter ſcripta ſunt: per nouum teſtamētum ſpiritaliter intelligenda ſunt: quæ per chriſtum in ueritate adimpleta ſunt. Nobis enim per ieſum chriſtum ſpiritalis intellectus datus eſt ipſo ieſu dicente. Vobis quidem datum eſt intelligere ſacramenta dei: aliis autem in ſimilitudinibus. Inuenimus in euangelio ſecundum ioannem ſcriptum eſſe. Lex per Moyſen data ē: gratia & ueritas per ieſum chriſtum facta eſt. quæ lex Moyſi in monte Syna data eſt. uerum iterum inuenimus ſcriptum. de Syon enim exibit lex: & uerbum domini ab Hieruſalem. Quatenus hoc intelligere debemus: utrum Syna mons ubi a deo Moyſi lex data eſt: & Syon mons unde lex exiit: an unum ſint: an uero alter ſit Syna mons: & alter ſit Syon mons. Inuenimus hæc nomina duorum montium eſſe. Hebraicæ uero latina interpretatio nominum differentium abinuicem oſtendens aliud eſſe Syna montem: & aliud montem Syon. Hæc eſt interpretatio

de Hebraica lingua in latinã. Syna mons interpretat̃ tentatio æterna: & odiũ. Aeque & ſyon interpretat̃ tẽtatio exacerbatiõis & ſpeculatio. Vides ergo ĩ hebraica interpretatione nõ ſibi ſimilare: ſed neq; eẽ unũ montẽ: ſed potius duo inuicẽ a ſe differentes gr̃a & honore. Præterea cũ dicat Dauid propheta ĩ pſalmo primo. Ego aũt cõſtitutus ſũ Rex ab eo ſup ſyon montẽ ſanctũ eius: annũcians imperiũ eius. Ecce quatenus mõtẽ ſyon ſanctũ deſignat. Vnde manifeſtũ eſt mõtẽ Syon cæleſtẽ eſſe & ſpiritalẽ: & ſyna eẽ terrenũ. Nihil enĩ põt quod ĩ terra eſt eẽ ſanctũ: cũ totus mundus ꝓpter facta mala a diabolo ſit maculatus: dicẽte ieſu. odit me ſæculũ: ꝙa & ego illud: quia mala ſũt facta illius. Ex qua re quicqd eſt ĩ hoc ſæculo terreno: ſanctũ eẽ nõ põt. Syon autẽ montẽ ex prophetico dicto cõſtat eẽ ſanctũ & ſpiritalẽ. In quo mõte a ſpũ ſancto filius dei rex cõſtitutus eſt: Annũtians uolũtatẽ & imperiũ dei patris ſui. Et ſyna montẽ terrenũ eſſe ĩ arida terra conſtitutũ: qui ẽ in ſyna Paleſtina: ubi eſt terra iudæa: ubi ẽ & ciuitas illa interfectrix Prophetarum: ante cuius portam Chriſtus a iudæis crucifixus eſt in horto. quæ ciuitas dicitur Hieruſalem per Heſaiam Prophetam: ſpiritaliter uero execrata & derelicta. Nec imerito & deus & eodẽ monte ſyna terreno ꝓ Moyſen adhuc ĩ carne terrena primi hoĩs poſitũ populo iudeorum terreno: & carnali: legẽ a deo recepit illis tradendã: digitis ſacris ſcriptã in duas tabulas lapideas: licet digitis ſacris tamẽ digitis ĩ figura carnis: quaſi populo carnali & duriſſimo: ſicut fuerũt tabulæ lapideæ duriſſimæ: ĩ ꝙbus tabulis legẽ acceperunt. Ideo ĩ duabus ſignificans ex unitate populi diuidi duas ꝑtes: partẽ quæ ſaluat̃: & partẽ incredulã quæ perit. dicentẽ ãgelo ad rebeccã uxorẽ yſaac. duæ gentes ĩ utero tuo ſũt: & duo populi de uẽtre tuo diuident̃: & populus populũ ſupabit: & maior ſeruiet minori. Rebeccam uero figurã portat Eccleſiæ: ſicut Iſaac uir eius typũ in ſe portabat chriſti. Ergo cũ dicit duæ gentes partẽ idolatrẽ ꝑditã: & ꝑtẽ credulã uidentem ꝓ fidẽ. hanc unã ꝑtẽ gentiũ deſignat ĩ utero Eccleſiæ ꝓmanere generationẽ in æternũ in figura Rebeccæ: & ꝑtem populi infideliũ iudæoꝝ a uentre tunc rebeccæ diuidi: & ſepari a natiuitate Eccleſiæ. Hæc fuit prefiguratio ĩ Geneſi per angelũ ſpiritaliter annũciata. hæc uero nomina eoꝝ montiũ talem habent interpretationẽ in lingua latina demõſtrans ueritatẽ: ꝙ ſint hi duo mõtes Syna uel nunc Syon. Quod ꝙdem poſt paululũ dicturi ſumus. Ita enim hanc ueritatis interpretationẽ ꝓbauimus: de principio generis humani uenientẽ. Ita enim omnipotẽs deus ab initio mundi: & deinceps omnes homines naſcẽtes de tempore & facto nomina a parẽtibus ſuis accipiebãt: non quidẽ ex ſe: ſed a deo mente impellebantur. Qui anteq̃ fiant preſcius futuroꝝ: quales poſt crementum ætatis ſuæ futuri eſſent: poſteriori tẽpore

uegeti i nominibus hebraicis designabant. Quid singulis futurum esset in terpretatio nominũ designabat ueritatẽ: sicuti tunc tẽporis in patriarchis cõpletũ est: secũdũ primi hominis carnẽ est terra ẽ limo esse ex ipso protho plasto probamus ueritatẽ. Nomẽ accepit a deo hebraice Adã. Interpreta/ tur terra caro facta: eo q̃ ex quattuor cardinibus orbis terrarũ pugno com prehendit: sicut scriptũ ẽ. Palmo mensus ẽ cælũ: & pugno cõprehendit ter rã: & finxit hominẽ ex omni limo terræ. Ad imaginẽ dei fecit illum. Opor tuit illũ: ut ex his quattuor cardinibus orbis terræ nomẽ i se portaret Adã. Inuenimus i scripturis p̃ singulos cardines orbis terræ eẽ a conditore mũdi quattuor stellas cõstitutas i singulis cardinibus. Prima stella orientalis dici tur Anatole: Secunda occidentalis Dysis: Tertia stella aquilonis Addus: Quarta stella meridiana dr̃ Mesẽbriõ. Ex nominibus stellaꝝ numero quat tuor: de singulis stellaꝝ nominibus stolle singulas lr̃as principales. de stel/ la Anatole A. de stella Dysis. D. de stella Addus. A. de stella Mesembriõ. M. In his quattuor lr̃is cardinalibus habes nomẽ Adam. Nã & in numero certo p̃ quattuor litteras græcas designat: .ita. :mia: .tessera. . mia. .tesseraconda. Fac & in numerũ. xlvi. hic merus. xlvi. passionẽ car/ nis Ade designat: quã carnẽ in se figuralẽ Christus portauit: & eam i ligno suspẽdit. Quæ caro dominica a deo patre iesus uocata ẽ. Spiritus sãctus: qui de cælo descendit: Christus dei uiui deo uocatus est: spũs carni mixtus est iesus christus. Hic ergo numerus. xlvi. passionẽ declarat: eo q̃ sexto mil lesimo anno hora. vi. passus a mortuis resurgens: quadragesimo die in cæ/ lis ascondit. Vel qa Salomon. xlvi. annis tẽplũ deo fabricauerit: In cuius tẽpli similitudinẽ iesus carnẽ suã esse dixit dicens Phariseis. Destruite fanũ istud: & ego in tribus diebus excitabo illud. Et phariseí dicebant. xlvi. an nis ædificatũ est fanũ istud: & hic in tribus diebus suscitabit illd̃? Dicebat autẽ iesus fanum de corpore suo. Deinde Abel filius Adæ nomen accepit Hebraicum: signans fratris interfectionẽ: & parẽtum luctum. Itẽ Enoch: qui ante diluuiũ deo iustus cõplacuit: & ideo de isto mundo i carnis suæ na tiuitatem uiuus translatus est in loco: ubi deus scit: ex quo loco cõsumatio nẽ mundi innouare habet in hoc mundo: unde etiã translatus est ad confũ dendũ & reuincendũ Antichristũ. Quo interfecto martyria sua cõplebũt uiuentes in æternũ in sæcula sæculoꝝ. Et ideo Enoch interpretatur inoua/ tus. Deinde Iob iustus: q̃ ante diẽ iudicii meruit uoce iudicis laudari: & iõ diabolo deuicto & superato: Iob iterpretatur carissimus dei. Aeq̃ & Abra am in sinu a natiuitate a parentibus suis Abram uocatus est: tentatus uero a deo fidelis inuentus est: & a deo benedictus pater multarum gentium cõ/ stitutus est: & ideo imutatio noie a deo Abraam uocatus est: interpretatur

pater multorum populoꝝ. Ecce interim de multis probationibus pauca di
ximus: ut ad duoꝝ montiū nominū ꝓuenientes interpretatiões : quoꝝ mõ
tium nomina ꝓbemus: qualiter deſignata ſint : ad nouã iſtructionẽ: ut ex
hac interpretatione nominū intelligamus montẽ Syna cẽ terrenū: & mõtẽ
Syon eſſe cæleſtẽ. Spiritaliter interpretat̃ Syna tẽtatio æterna & odiū: &
mons ſyon tẽtatio exacerbationis æternæ & ſpeculatio. Ita intelligit̃ cũ di
citur mons Syna tentatio æterna & odiū: eo ꝙ ex eo monte Moyſes legem
acceperit populo duriſſimo & contumaci. Per quã legẽ tentati a deo æter/
no: & inuenti ſũt nõ poſſe eandẽ legẽ ſuſtinere ĩ petpetuũ: exide deo ĩ odiũ
conuerſi ſunt. Ideo in nomine montis Syna: unde legem acceperant: inter
pretatio noĩs deſignauit populũ tentatũ a deo: & in æternũ odiũ eſſe con/
uerſos: ideo dicit̃ Syna tẽtatio æterna & odiũ . Inuenimus ĩ ſcripturis eos
cẽ a deo tẽtatos ita poſitũ dicẽte domino ad Moyſen . Exeat populus iſte:
& colligant diurnũ in diẽ: & tentabo eos an poſſint legem meã ſuſtinere an
non: & tentati adeo ꝓ legẽ inuenti ſunt ab ea lege alieni. Exide deo in odiũ
æternum cõuerſi ſunt: & cõpleta eſt interpretatio Syna. Manifeſta uero &
Moyſen: ꝓ quẽ eos deus per legem tentauit : in latino interpretat̃ ſimiliter
Moyſes tentatio dei: & inuentio: ꝓ quẽ tentati a deo inuẽti ſunt alieni a le/
gis obſeruatione: ideo in æternũ deo in odiũ cõuerſi ſũt . hoc odium ĩ ipſo
genere iudeoꝝ ſcriptũ inuenimus dicẽte Iſac de duobus filiis ſuis Eſau ma
iore: & iacob minore dicẽs. Iacob dilexi: Eſau autẽ odio habui. Eſau uero
maior piloſus fuit totus inqt quaſi coriũ piloſũ: ĩ figura populi maioris im
pietate delictoꝝ ſuoꝝ cõſtitutus. Et iacob fuit lenis & minor: in figura po/
puli nouellioris : q ex dicto audientiã ꝓ credulitatis fidẽ ex aſpredine ſæcu
li in lenitatẽ cõuerſus eſt ad chriſtũ dominũ: & dei filiũ . Ecce probauimus
ꝓ ſcripturarũ fidẽ populũ maiorẽ & uetuſtiorẽ eſſe deo ĩ odiũ conuerſũ: ſe
cundũ interpretationẽ montis Syna dicentis tẽtatio æterna & odiũ . Atq;
etiã Syon mons ita interpretat̃ tentatio exacerbationis & ſpeculatio. hæc
uero interpretatio latina ligni ſacri paſſionẽ deſignat: dicẽte Salomone de
ipſa paſſione dominica. Cõtumelia & tormento interrogemus illũ: ut ſcia/
mus reuerentiã illius: & probemus pacientiã ipſius: & tentemus quæ uentu
ra ſunt illi. Si enim uere filius dei eſt: ſuſcipiet illũ: & liberabit eũ de mani/
bus cõtrarioꝝ: morte turpiſſima cõdẽnemus illũ . Hæc cogitauerũt & erra
uerunt: excecauit illos malitia ipſoꝝ: & non intellexerunt ſacramenta dei.
Ecce tentatores iudeos. Itẽ ſcriptũ eſt. & tentauerunt deũ in loco aquoſo.
Speculũ uero altitudinẽ ligni declarat dicente ſalomone. Poſuerunt me ue
lut cuſtodiam pomarii: eo ꝙ in horto in ligno confixus inter duos latrones
pependit: & de altitudine ligni ambos ſpeculatur in figura duoꝝ populoꝝ

malefactorum. Gentes in sæculi mala facta iacentes: & iudeos iterfectores prophetarum. hi sunt duo populi malefactores: quorum figuram i se portabant duo latrones: inter quos pependit innocens. Vnus blasphemabat: alius uero confessus est: qa innocēs iniuriā patitur. Iesus autē ambos speculabatur de ligno speculatorii blasphemum & confessorem. Confessorem saluauit: & blasphemum perdidit: sicuti de duobus populis fecit. Persecutores derelicti: qui i æterne mortis sententia sibi non crediderint: si sic de sæculo exierint perient: Gentes uero ad se conuersæ fidem sibi habētes: qa filius dei est: saluati uidebunt i æterna sæcula sæculoꝝ Imperatorē & regem suum. Verum ipsam passionem pendens in ligno duas partes populi ꝑspiciens speculabat'. de alto ligno ꝓtem populi: qui uiderat uirtutes eius mirabiles & deificas: pacientem illum. Alii iniuriam dolentes plorabāt: alii uero iudei irridētes de arundine caput ei quassabāt blasphemātes & dicētes. Aue rex iudeoꝝ. Vbi est pater tuus? ueniat & liberet te de cruce. Exinde ex acerbatus pater fecit cælum patefactum: & tonitrua facta sunt insustinabilia: terra cōmota patefacta sūt sepulchra & corpora: a semetipso uelum tē pli sciſſum ē in duabus ꝑtibus: & a tāto fragore cæli & terremotus omnes: qui stabant ante lignum: alii dolentes: alii uero blasphemantes illudētes ꝓstrati in faciem iacuerunt trementes tanq̄ mortui. Tunc iudei intellexerunt se offendisse dominū: & luctum cōuersi sunt: & fuit exacerbatio. Eo enim tpe quo in ligno infixus pependit dies fuerunt azimorum: q̄ sunt dies festi iudeorum. Eo die metuentes factum esse terremotum & cæli fragorem prostrati facie in terra plangentes in luctum cōuersi sunt: & in ipsa passione cōpleuit propheticum dictū. & cōuertā dies festos eorum in luctum: & cantica eorum in lamentationē. Ante enim cum captiui detenti essent a Babylone dicebant illis babylones. Cantate nobis cantica de canticis Syon: & iudei lamentantes captiuitatē suam dicebant ad Babylones: ut diximus lamentantes se. Quomodo cantabimus canticum domini i terra aliena? Ecce quatenus impleta est interpretatio montis syon: tentatio exacerbationis & speculatio: unde manifestum ē montem Syon ligni sacri regnum i sanctitate iustificatum dicente Dauid. Annunciate regnum dei in gentibus: qui a dominus regnauit de ligno: & transiuit in gentibus. De quo regno ligni regalis idem Propheta dicit. Ego autem dico uobis constitutus sū Rex ab eo super Syon montem sanctum eius: annuncians imperiū eius. Quod dictum Propheticum per Pontium pilatum in sua passione pendens in ligno compleuit. Pontius Pilatus impoluta mente a deo accepit tabulam & titulum: & scripsit tribus linguis Hebraice Græce & Latine. Iesus Nazarenus Rex Iudeorum. & i capite ligni clauis tabulam cū noie Regis Iudeorū

confixit. Tũc manifeſtauit Propheticum dictum: eo quod ſpiritaliter mõs Syon crux eſt: quæ eſt uirtus dei Apoſtolo Paulo dicente. Crux Chriſti nõ credentibus ſtulticia eſt: credentibus autem uirtus dei eſt. & iterum dicit: Nos autem annunciamus uobis Chriſtum & hunc crucifixum. Iudeis quidem ſcandalum: ſtulticiam autem gentibus: ipſis autem uocatis Iudeis & Græcis dei uirtus & dei ſapiẽtia. Sic uero & alius Propheta declarat lignũ paſſionis dominicæ eſſe montem Syon ſanctum in ſpiritu ita dicẽs. Quis aſcendit in montem domini: & quis ſtabit in loco ſancto eius? Innocẽs manibus. dextra leuaq; extenſis clauis fixis: innocenciam demonſtrans. Ideo dicit innocens manibus: & mundo corde: qui non accepit ſuano animam ſuam: & non iurauit ſubdole proximo ſuo. Hic accipiet benedictionem a domino: & miſericordiam a deo ſalutari ſuo. omnis paſſio hominũ in terram cadet: hæc ſola paſſio crucis ſtantem demonſtrat. Vnde uere dicimus montem ſanctum lignum eſſe paſſionis. Inde innocens manibus & mundo corde: hoc dicto prophetico iudeos redarguebat: qui Moyſen præponentes chriſto domino illius: eo q; Moyſes cum in montem Syna aſcendiſſet: ut legem iudeis acciperet innocens manibus & mundo corde nõ fuit. Neq; enim mundo corde: eo q; ægyptium calce percuſſit in ægypto: & mortiferauit eum: cum manibus ſuis in arena obruerit. Chriſtus autẽ in montẽ ſanctum aſcẽdit lignum regni ſui: ut moreretur a iudeis: quãquam ipſe aliquẽ hominum non mortiferaret: niſi ſolum diabolum inimicum generis humani. Exinde in montem aſcendens innocẽs & mundo corde: & ideo prophe ta dicit: quis aſcendet in montem domini: & quis ſtabit in loco eius? Innocens manibus & mundo corde. Et declarauit montem Syon ſanctum eſſe ſanctam crucem dicente æque propheta. de Syon exiet: lex & uerbum domini ab hieruſalem. Lex chriſtianorum crux ẽ ſancta chriſti filii dei uiui dicente æque propheta. Lex tua in medio uirtutis mei. Percuſſus in lateris uẽtre de lãcea ſanguis & aqua mixtus perfuſus affluebat: unde ſibi eccleſiam ſanctam fabricauit: in qua legem paſſionis ſuæ conſecrabat dicente ipſo. Qui ſitit: ueniat & bibat. Qui credit in me ſicut ſcriptum eſt: flumina de uentre eius fluent aquæ uiuæ. Item in pſalmis. Et erit uelut lignũ quod plãtatum ẽ ſecus decurſus aquarum: quod fructum ſuum dabit in tẽpore ſuo. Ecce uerbum Propheticum fructum reſurrectionis die tertio ſpiritaliter intelligendum dicens. De Syon enim exiet lex: hoc eſt de ligno regali: & uerbum domini ab hieruſalem: quæ eſt eccleſia. Caro ligno confixa emiſit uerbum dominicum dicens: heli: heli. Et adimpletum eſt per propheticum ſpiritale ante dictum: De Syon exiet lex: & uerbum domini ab Hieruſalem: De cælo deſcendentem nouam ciuitatem quadratã per quattuor euãgelia:

habens duodecim fundamenta duodecim prophetarum duodecim portas duodecim apostolorum: per quorum annunciationem christi in hanc ciuitatem sanctam: & nouam introierunt: quæ spiritalis est ecclesia. Ecce probauimus per omnium scripturarum deificarum fidem duos montes Syna ī terra: & Syon in cælo duorum testamētorum portare figuram: ueteris Syna: & noui Syon. Ex quibus syon duobus montibus uide & duo testamenta: his posteriori tempore demonstratos & depalatos duos populos: uetere & priorem: iudeorum & nouum: & posteriorem populum christianorum. Iudeos terrenos: qui terram promissam a deo acceperunt carnales: & christianos cælestes: qui regna cælorum a deo promissa accepturi sunt ī futuro sæculo. Caro enim Christianorum spiritalis & immortalis erit. Aliam probationem ueritatis scripturis positam ex ea ueritate cælestem & spiritalem facimus figuratam comparationem de huiusmodi conuersis. Diximus enim montis sancti syon: quod lignum regale: & sacrum haberet interpretationem de hebraico græco uel latino tentatio exacerbationis uel speculatio: eo ꝙ de ligno speculabatur ante se stantes bonos & malos. Ita inuenimus ipsum saluatorem per Salomonem speculum immaculatum patris eē dictum: eo ꝙ sanctus spiritus dei filius geminatum se uideat pater in filio: & filius in patre: utriq; se in se uident ideo speculus immaculatus. Nam & nos qui illi credimus: Christum in nobis tāquam in speculo uidemus: Ipso nos instruente & monēte in æpistola ioannis discipuli sui ad populum. Ita me in uobis uidete: quomodo quis uestrum sic uidet in aquam aut in speculo. & confirmat Salomonicum de se dictum dicente. Q ui est speculus immaculatus patris. Verum etiam & uitem se esse dixit patrem suum agricolam. Si ergo christus uitis uera: utiq; constat: quia & nos qui in illo credimus: & ipsum induimus: sumus uitis uera: quæ est uinea dominica: Et christus custos uineæ suæ: dicente salomone. posuerunt me custodem in uineā. Inuenimus ergo in conuersos huiusmodi in similitudinem spiritalem figuraliter esse uineam habentem dominum & possessorem suum. Vero tempore maturo prope dies uindemiarum ponunt in uineam custodem puerum ī alto ligno media uinea confixo: & in eo ligno faciunt speculum quadratū de arundinibus quassatis: & per singula latera quadraturæ speculi faciunt cauernas ternas: quæ faciunt cauernæ duodecim. Per quam quadraturam cauernarum custos puer omnem uineam perspiciens custodiat cantans: ne uiator ingrediens uineam dominicam sibi assignatam uexet: uel fures uuā uineæ conculcent. ꝙ si importunus fur egens in uineam uoluerit introire & uuam demere: illic puer sollicitus de uinea sua deintus de specula dat uocē maledicens & comminans: ne in uineam uiator fur audeat accedere dicens

rectum ambula. Fur autem timens uocem pueri ſibi comminãtis refugit de uineæ ſpeculum uidet: uocem audit: puerum intus in ſpeculo ſibi cõminãtem non uidet: timens poſt uiam ſuam uadit. Hic cõuerſus ſæcularis ſimulat gratiæ ſpiritali. Ita eſt enim & in populo deifico ſicut in uinea terrena: Vinea dominica & ſpiritalis plebs eſt Chriſtianorum: qui cuſtoditur iuſſu dei patris a puero Chriſto in ligni ſpeculo exaltato. Quod ſi uiator diabolus perambulans uiam ſæcularem: ſi auſus fuerit de uinea ſpiritali hominẽ de plebe dominica ſeparare & uexare: Statim a puero cæleſti correptus: & ſpiritalibus flagris emendatus: exulans ad centeſimum effugit in locis aridis & deſertis. Hic eſt cuſtos puer filius dominicus: qui uineam ſuam ſibi a patre commendatam ſaluandam & reſeruatam: pro quo per Heſaiam prophetam canit dicens. Ecce puer meus filius meus dilectiſſimus: ſuper eum ponam ſpiritum meum: & iudicium gentibus nunciabit: nõ clamabit neq; contendet. Arundinem quaſſatam non confringet: & linum fumigans nõ collocabit: quod uſq; expellat in contentione iudicium: & in nomine eius gentes credant.

Epiſtola Beati Cypriani ad Seagrium & Rogatianum in carcere conſtitutos conſolatoria: ut claritatis futuræ gloriam cogitantes preſuras omnes uiriliter calcent.

Yprianus Seagrio & Rogatiano Iuniori: & cæteris confeſſoribus in domino perpetuam ſalutem. Saluto uos fratres cariſſimi optans ipſe quoq; conſpectu ueſtro frui: ſi me ad uos peruenire loci conditio permitteret. Quid enim mihi optatius & lætius poſſit accidere: q̃ nunc uobis inhærere: ut eomplecteremini me manibus illis: quæ pure & innocẽtes & dominicam fidem ſeruantes ſacrilega obſequia reſpuerunt? Quid iucundius & ſublimius: q̃ oſculari nunc ora ueſtra: quæ glorioſa uoce dominum confeſſa ſunt: conſpici etiam præſentem ab oculis ueſtris: qui deſpecto ſæculo cõſpiciendo deo digni extiterunt? Sed quoniam huic lætitiæ intereſſe facultas non datur: Has p̃ me ad aures & ad oculos ueſtros uicarias litteras mitto: quibus gratulor & exhortor pariter: ut in cõfeſſione cæleſtis gloriæ fortes & ſtabiles perſeueretis: & ingreſſi uiam dominicæ dignationis ad accipiendam coronam ſpiritali uirtute pergatis: habentes dominum protectorem & ducem: qui dixit. Et ecce ego uobiſcũ ſum omnibus diebus uſq; ad conſummationem mundi. O beatum carcerem: quem illuſtrauit ueſtra præſentia. O beatum carcerem: qui homines dei mittit ad cælum. O tenebras lucidiores ſole ipſo & luce ac mundi clariores: ubi modo conſtituta ſũt dei

templa & sanctificata diuinis cõfessionibus mẽbra uestra. Nec quicq̃ nũc uersetur in cordibus & mentibus uestris: q̃ diuina præcepta & mandata cælestia: quibus nos ad tolerantiam passionis spiritus sanctus semper animauit. Nemo mortem cogitet: sed immortalitatem. nec temporariam pœnã: sed gloriam sempiternã: cum scriptũ sit. Præciosa est ĩ conspectu dei mors iustoꝝ eius. & iterũ Sacrificium deo spiritus cõtribulatus: cor cõtritum & humiliatũ deus nõ despicit. & iterũ ubi loquit̃ scriptura diuina de tormentis: quæ martyres dei cõsecrant & in ipsa passionis ꝓbatione sanctificant. & si corã hoibus tormenta passi sunt: spes illoꝝ immortalitate plena ẽ. Et ĩ paucis uexati: in multis bene disponentur: quoniã deus tẽtauit illos: & inuenit illos dignos se. Tãquã aurũ in fornace ꝓbauit illos: & quasi holocausti hostiã accepit illos: & in tẽpore erit respectus illoꝝ. Fulgebũt iusti: & tãquã scintillæ arundineto discurrẽt: iudicabunt nationes & dominabuntur populis: & regnabit dominus eoꝝ in perpetuũ. Quãdo ergo iudicaturos uos & regnaturos cũ christo domino cogitatis: exultetis necesse est: & futurorum gaudio præsentia supplicia calcetis: scientes ab initio mundi sic institutũ: ut laboret istic ĩ sæculari cõflictatione iustitia: quãdo in origine statim prima Abel iustus occidit̃. & exinde iusti quoq; & ꝓphetæ: & apostoli missi: quibus oibus dominus quoq; in se ipso cõstituit exẽplum: docens ad suum regnum nõ nisi eos: qui se per suam uiam secuti sint: peruenire dicẽs. Qui amat animam suam in hoc sæculo: perdet illam. Et qui odit animam suam in isto sæculo: in uitã æternam conseruabit illam. & iterum. nolite timere eos: qui occidunt corpus: animam uero non possunt occidere. Magis autẽ metuite eum: qui potest & animam & corpus occidere in gehẽna. Paulus etiam nos adhortatur: ut qui ad domini promissa uenire cupimus: imitari dominum in omnibus debeamus. Sumus inquit filii dei. Si autem filii & hæredes dei: cohæredes autem christi. Siquidem compatiamur: ut sic cõmagnificemur. Addit etiam comparationem præsentis temporis: & futuræ claritatis dicens. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad supuenturam claritatem: quæ reuelabitur ĩ nobis. Cuius claritatis gloriam cogitantes: pressuras omnes & persecutores calcare nos cõuenit: quia & si sũt multæ pressuræ iustoꝝ: ex oibus tamẽ liberant̃: q̃ in domino cõfidũt. Beatas ãt fœminas: quæ uobiscũ sũt ĩ eadẽ cõfessionis gloria cõstitutæ: quæ dominicã fidẽ tenẽtes: & sexu suo fortiores non solũ ipsæ ad coronam ꝓximæ sunt: sed & cæteris quoq; fœminis exemplum de sua constantia præbuerunt. Ac ne quid deesset ad gloriam numeri uestri: ut omnis uobiscum sexus & ætas esset in honore: pueros etiã uobis glorioſa confessione sociauit dignatio diuina: representans nobis tale aliquid quale Ananias Azarias

& Miſahel illuſtres pueri aliquando fecerunt: quibus incluſis i camino ceſ/
ſerunt ignes: & refrigerium flammæ dederunt: præſente cum illis domino
& probante: q̄ in confeſſores & martyres eius nihil poſſet gehennæ ardor
operari: Sed qui in deum crederent incolumes ſemper in omnibus perſeue
rarent. Et ut conſideretis diligentius peto pro ueſtra religione: quæ apud
illos pueros fides fuerit: quæ promereri dominum plenius potuit. Ad om/
nia enim parati: ſicut nos eſſe debemus: aiũt regi Nabuchodonoſor. Rex
non opus eſt nobis de hoc uerbo reſpõdere tibi. Eſt enim deus: cui nos ſer/
uimus: potens eripere nos de camino ignis ardentis: & de manibus tuis rex
liberabit nos (& ſi non notum ſit tibi) quoniam diis tuis non ſeruimus: Et
imaginem auream: quam ſtatuiſti: non adoramus. Cum ſe & crederent: &
pro fide ſua ſcirent poſſe etiam de præſenti ſupplicio liberari: iactare hoc
tamen & uendicare ſibi noluerunt: docentes q̄ non eis minor eſſet cõfeſſio
nis uirtus ſine teſtimõio paſſionis: Addiderũt poſſe omnia deum facere: ſe
tamen non in hoc fidem: ut liberari in preſenti uellent: ſed illam libertatis:
& ſecuritatis æterne gloriam cogitarent. Quam fidem nos quoq; retinen/
tes corde toto ad deum prompti contemptu præſentium futura tãtummo/
do cogitemus: fructum regni æterni complexnm & oſculum & cõſpectum
dei: ut ſequamini in omnibus Rogatianum preſbiterum glorioſum ſenem:
uiã nobis ad gloriã tẽporis noſtri glorioſa uirtute & diuina dignatiõe faciẽ
tem. Qui cum fæliciſſimo fratre noſtro quieto corde ſemper & ſobrio exci
piens furentis populi impetum primum hoſpitium uobis in carcere præpa
rauit: & metator quodammodo ueſter: nũc quoq; uos antecedit. Quod ut
conſumetur i uobis aſſiduis orationibus dominum deprecamur: ut initiis
ad ſummam pergentibus quos confiteri fecit: faciat & coronari.

Ad Antonianum de Nouatiano ſciſmatico: in qua declarat quid erga
Lapſos egerit: ac docet neminem a pœnitentia agenda debere prohiberi.

Yprianus Antoniano fratri ſalutẽ. Accepimus prias litteras tuas fra
ter cariſſime concordiam collegii ſacerdotalis firmiter obſtringen/
tes: & catholicæ eccleſiæ cohærentes: quibus ſignificaſti cum Nouatiano
te non communicare: ſed ſequi conſilium noſtrum: & cum Cornelio Coepi
ſcopo noſtro unum tenere conſenſum. Scripſiſti etiam: ut exemplum earũ
dem litterarum ad Cornelium Collegam noſtrum tranſmitterem: ut depo/
ſita omni ſollicitudine iam ſciret te ſecum hoc eſt cum catholica eccleſia cõ
municare. Sed enim ſuperuenerunt poſtmodum aliæ litteræ tuæ p quintũ
cõpreſbyterum miſſæ: in quibus animaduerti animũ tuum Nouatiani ſris

motum nutare cœpisse. nam cum & consilium & consensum firmiter tuum ante fixisses: desiderasti in his litteris ut rescriberem tibi quam hæresim Nouatianus introduxisset: Vel Cornelius qua ratione Trophimo & Thurificatus cõmunicet. Quod qdẽ si pro sollicitudine fidei anxie curas: & rei dubiæ ueritatem sollicitus exploras: reprehendenda nõ ẽ in timore diuino æstuantis animi sollicitudo suspẽsa: quoniã tamẽ uideo post primã sententiã epistolæ tuæ Nouatiani litteris postmodum te esse cõmotũ: Illud frater carissime primo i loco pono graues uiros: & semel sup petrã robustã solida stabilitate fundatos: non dico aura leui: sed nec uento aut turbine cõmoueri: ne animus dubius & incertus uariis opinionibus: uelut qbusdam uentorum incursantiũ flatibus: frequẽter agitet: & a ꝓposito quoq; quadam leuitatis reprehensione mutet. Quod ne apud te uel apud quẽquã Nouatiani litteræ faciant: ut desiderasti frater rationẽ rei tibi breuiter exponã: ut qui dẽ primõ (quoniam de meo quoq; actu motus uideris) mea apud te & persona & causa purgãda est: ne me aliqs existimet a proposito meo leuiter recessisse. Et cũ euãgelii primo uigorẽ & inter initia defenderim: postmodũ uidear animũ meũ a disciplina: & cẽsura priore flexisse: ut is q libellis conscientiã suã maculauerint: uel nefanda sacrificia cõmiserint laxandã pacẽ putauerim. Quod utrũq; non sine librata diu & põderata ratione a me factum ẽ. Nã cũ acies adhuc inter manus esset: & prœliũ glorioſi certaminis in ꝓsecutione ferueret: toto hortatu: & pleno impetu militũ uires fuerunt excitandæ: & maxime lapsoꝝ mentes classico quodã nostræ uocis animandæ: ut penitentiæ uiã nõ solum precibus & lamẽtationibus sequerent: Sed (quoniã repetẽdi certaminis & repandæ salutis datur occasio) ad cõfessiones potius ardorẽ: & martyrii gloriã nostris increpiti uocibus prouocarẽt. Deniq; cũ de quibusdam ad me presbiteri & diacones scripsissent eos ĩmoderatos esse: & ad cõmunicationẽ accipiendã festĩnanter urgere: rescribẽs eis in epistola mea quæ hinc extat: & hoc addidi. Qui si nimiũ properãt: habent in sua potestate qd' postulant tẽpore ipso sibi plus q̃ postulant largiente. Acies adhuc geritur: & agon quottidie celebratur. Si cõmissi uere & firmiter pœnitet: & fidei calor prævalet: qui differri non potest: potest coronari. De eo tamen quod statuendum esset circa causam lapsorum distuli: ut cum quies & tranquillitas data esset: & episcopis in unum conuenire indulgentia diuina permitteret: & tunc communicato & liberato de omnium collatione consilio: statueremus quid fieri oporteret. Si quis uero ante consilium nostrum: & ante sententiam de omnium consilio statutã lapsis temere communicare uoluisset: ipse a communicatione abstineret. Quod etiam ad romanum clerum tunc adhuc sine episcopo agentem: &

ad confessores Maximum presbiterum : & cæteros in custodia constitutos nunc in ecclesia cũ Cornelio iũctos plenissime scripsi. Quod me scripsisse de eorũ rescriptis poteris noscere. Nã in epistola sua ita posuerũt. q̃q̃ nobis in tã ingenti negocio placeat: qđ tu ipse tractasti prius sanctæ ecclesiæ pacẽ sustinendã. Deinde sic collatiõe cõsiliorũ cũ episcopis: presbiteris: diaconibus: cõfessoribus piter ac stantibus laicis facta lapsorũ tractare rationẽ: Additum ẽ etiã Nouatiano tunc scribẽte: & qđ scripserat sua uoce recitante: & presbitero Moyse : tunc adhuc cõfessore nũc iã martyre subscribẽte: ut lapsis infirmis & i exitu cõstitutis pax daret . Quæ litteræ p totũ mundũ missæ: & i noticiã ecclesiis oibus & uniuersis fratribus platæ sũt. Secundũ q̃ tamẽ ãte fuerat destinatũ psecutiõe sopita : cũ data eẽt facultas i unũ cõueniendi copiosus episcoporũ numerus : quos itegros & incolumes fides sua & domini tutela ꝓtexit: i unũ cõuenimus: & scripturis diu exutraq; pte prolatis tẽperamentũ salubri moderatione liberauimus: ut nec in totũ spes cõmunicationis & pacis lapsis negaret : ne plus desperatione deficerẽt : & eo q̃ sibi ecclesia abdiceret secuti sæculũ gẽtiliter uiuerent. ne tamen rursũ censura euangelica solueret : ut ad cõicationẽ temere ꝓsilirẽt: sed traheret diu pœnitẽtia: & rogaret doleter paterna clemẽtia: examinarent causæ & uoluntates & necessitates singulorũ: secundũ q̃ libello cõtinet : quem ad te uenisse cõfido: ubi singula placitorũ capita cõscripta sunt. Ac si minus sufficiens episcoporũ in Africa numerus uidebit : etiã romæ sup hac re scripsimus ad Corneliũ Collegã nostrũ. Qui & ipse cũ plurimis coepiscopis habito cõsilio in eandẽ nobiscũ sententiã pari grauitate & salubri moderatione cõsensit. de quo tibi necesse fuit tunc scribere: ut scias me nihil leuiter egisse: sed secundũ qđ litteris meis fuerã ante cõplexus: oia ad cõe concilii nostri consiliũ distulisse: & nemini q̃dẽ prius me de lapsis cõmunicasse : quando adhuc erat. unde nõ tantũ indulgentiã sed & coronã lapsus acciperet. postea tamen sicut collegii cõcordia: & collegendæ fraternitatis: ac medendi uulneris utilitas exigebat: necessitati tẽporum succubuisse: & saluti multorum prouidendum putasse: & nunc ab his nõ recedere: quæ semel in concilio nostro de communi cõsiliatione placuerunt: quãuis multa multorum uocibus uentilentur. & mendacia aduersus sacerdotes dei diaboli ore prolata ad rumpendæ catholicæ unitatis concordiã ubiq; iactent. sed te oportet ut bonum fratrem atq; unanimẽ consacerdotem: non quid maligni atq; apostatæ dicant facile susscipere : Sed quod collegæ nostri modesti & graues uiri faciant : de uitæ & disciplinæ nostræ exemplo perpendere. Venio iam iam nunc frater carissime : & ad personam Cornelii collegæ nostri : ut Cornelium nobiscum uerius noueris non de malignorum & detrahentium

mendacio: sed d' dei iudio: qui eũ epiſcopũ fecit & coepiſcoporꝫ teſtimõio quorꝫ numerus uniuerſus ꝑ totũ mundũ cõcordi unanimitate cõſenſit. Nã qd' Corneliũ cariſſimũ noſtrũ deo: & chriſto & eccleſiæ eius itẽ cõſacerdotibus cũctis laudabili prædicatõe cõdẽnat: nõ iſte ad epiſcopatũ ſubito ꝓuenit: ſed ꝑ oĩa eccleſiaſtica officia ꝓmotus: & i diuinis adminiſtratoribus dominũ ſæpe ꝓmeritus: ad ſacerdotii ſublimæ faſtigiũ cũctis religiõis gradibus aſcẽdit. Tũ deide epiſcopatũ ipſũ nec poſtulauit: nec uoluit: nec ui (ut cæteri quoſ arrogãtiæ & ſupbiæ ſuæ tumor iflat) iuaſit: ſed qetus & modeſtus: & q̃les eẽ cõſueuerũt: q ad hũc locũ diuinitus eligũt' : ꝑ pudore uirginalis cõſciẽtiæ ſuæ: & ꝑ humilitate ĩgenitæ ſibi & cuſtoditæ uerecũdiæ: nõ ut quidã ui fecit: ut epiſcopus fieret: ſed ipſe ui paſſus ẽ: ut epiſcopatũ coactus excipet. Et factus ẽ epiſcopus a plurimis collegis nr̃is: qui tũc i urbe roma aderãt: qui ad nos lr̃as honorificatas: & laudabiles: & teſtimonio ſuæ prædicatõis illuſtres de eius ordinatõe miſerunt. Factus ẽ ãt Cornelius epiſcopus de dei & chriſti eius iudicio: De clericorꝫ pene oĩum teſtimonio: de plebis quæ tũc affuit ſuffragio: & d' ſacrdotũ antiquorꝫ & bonorꝫ uirorꝫ collegio: cũ nemo ãte ſe factus eẽt: cũ Fabiani locus. i. cũ locus petri & gradus cathedræ ſacerdotalis uacaret. Q uo occupato d' dei uolũtate atqꝫ oĩũ noſtrũ cõſẽſõe firmato: qſqs iã epiſcopus fieri uoluerit: foris fiat neceſſe ẽ: nec hẽat eccleſiæ ordinationẽ: qa eccleſiæ nõ tenet unitatẽ: qſqs ille fuerit multũ de ſe iactãs: & ſibi plurimũ uẽdicãs ꝑfanus ẽ: alienus ẽ: foris ẽ. Et cũ poſt primũ ſecũdus eẽ nõ poſſit: qſqs poſt unũ: q ſolus eẽ dẽat: factus ẽ: nõ iã ſecũdus ille: ſed nullus ẽ. Tũ deide poſt epiſcopatũ nõ exãbitũ nec extortũ: ſed de dei q ſacerdotes facit uolũtate ſuſceptũ: q̃ta i ipſo ſuſcepta Coepiſcopatu ſuo uirtus: q̃tũ robur aĩmi: q̃lis firmitas fidei: qd' nos ſiplici corde & ꝓſpicere penitus & laudare debemus. Sediſſe ĩtrepidũ romæ in ſacerdotali cathedra eo tpe: quo tyrãnus ifeſtus ſacerdotibus fãda atqꝫ ifãda cõminaret': cũ multo patiẽtius & tolerabilius audiret leuari aduerſus ſe æmulũ pricipẽ: q̃ cõſtitui romæ dei ſacerdotẽ. Nõne hic frater ſũmo uirtutis: & fidei teſtionio predicãdus ẽ: nõne ĩter glorioſos cõfeſſores & martyres deputãdus: q tãtis tpibus ſedit expectãs corpis ſui carnifices: & tyrãni ferocientis ultores: q Corneliũ aduerſus edicta feralia reſiſtẽtẽ: & mias: & cruciatus: & tormẽta: fidei uigore calcãtẽ: uel gladio iuaderẽt: uel crucifigerent: uel igne torrerẽt: uel quolibet inaudito genẽ pœnarꝫ uiſcera eius & mẽbra laniarent: Etiã ſi maieſtas domini ꝓtegentis & bonitas ſacerdotẽ: quẽ fieri uoluit: factũ quoqꝫ protexit: tamen Cornelius quãtũ ad eius deuotionẽ pertinet: & timorẽ: paſſus ẽ qcqd potuit: & tyrãnũ armis: & bello poſtmodũ uictũ prior ſacerdotio ſuo uicit. Q uia ãt quædã d' illo ihoneſta & maligna

tractant nolo mireris: cū ſcias hoc eſſe opus ſemp diaboli: ut ſeruos dei mē dacio laceret: & opinionibus falſis glorioſū nomē infamet: ut q cōſcientiæ ſuæ lucæ clareſcunt: alienis rumoribus ſordident. Exploraſſe aūt collegas noſtros ſcias: & ueriſſime cōperiſſe nulla illū libelli (ut quidā iactitāt) labe maculatū eē: ſed neq; cū epiſcopis: q ſacrificauerunt: cōmunionē ſacrilegā miſcuiſſe: ſed eos demū: quoꝝ cā audita & innocētia ꝓbata ſit: cōiunxiſſe nobiſcū. Nā & de Trophimo: & de quo tibi ſcribi deſideraſti: nō ita res ē: ut ad te ptulit rumor & mēdaciū malignoꝝ. Nā ſicut & anteceſſores noſtri ſæpe fecerūt: colligendis fratribus noſtris cariſſimus frater noſter neceſſita te ſuccubuit: & quoniā cū Trophimo ps maxima plebis abſceſſerat redeun te: & nunc ad eccleſiā Trophimo & ſatiſfaciente: & pœnitentia deprecatio nis errorē priſtinū cōfitente: & fraternitatē quā nup abſtraxerat cum plena humilitate & ſatiſfactione ꝓuocante: auditæ ſt eius preces & i eccleſia dni nō tā Trophimus q̄ maximus fratꝝ nūerus: q cū Trophimo fuerat: admiſ ſus eſt. Q ui oēs regreſſuri ad eccleſiā nō eſſent: niſi cū Trophimo comitan te. Tractatu ergo ille cū collegis plurimis habito ſuſceptus ē Trophimus: ꝑ quo fatiſſaciebat fratrū reditus: & reſtituta multoꝝ ſalus: ſic tamē admiſ ſus eſt Trophimus: ut laicus cōmunicet: nō ſecundū q̄ ad te malignoꝝ litte ræ ptulerunt: quaſi locū & ſacerdotis uſurpet. Sed & q̄ paſſim cōmunica re ſacrificatis Cornelius tibi nuntiatus ē: hoc ēt de apoſtataꝝ fictis rumori bus naſcit. Neq; enim poſſunt laudare nos: q recedunt a nobis. Aut expe ctare debemus ut placeamus illis: q nobis diſplicētes cōtra eccleſiā rebelles ſollicitādis de eccleſia fratribus uiolēter inſiſtūt. Q uare & de Cornelio & de nobis quæcunq; iactant nec audies facilæ: nec credas frater. Si q enim infirmitatibus occupant: illis ſicut placuit in ꝑiculo ſubuenit: poſtea q̄ ta men ſubuentū eſt: & ꝑiclitātibus pax data ē: ſuffocari a nobis nō poſſunt: aut opprimi: aut ui de manu noſtra in exitū mortis urgeri: ut quoniā morī tibus pax dat: neceſſe ſit mori eos: q accepint pacē. Cū magis i hoc iudici um diuinæ pietatis & paternæ lenitatis appat: q̄ q pignus uitæ i data pace ꝓcipiūt: hoc quoq; ad uitā ꝓcepta pace teneāt. Et idcirco ſi accepta pace cōmeatus a deo dat: nemo hoc debet i ſacerdotibus crimīari: cū ſemel pla cuerit fratribns in ꝑiculo ſubuenire. Nec tu exiſtimes frater cariſſime (ſicut q̄buſdā uidet) libellaticos cū ſacrificatis æquari oportere: q̄do inter ipſos etiā q ſacrificauerint: & cōditio frequēter & cā diuerſa ſit. Neq; enī æquan di ſūt: ille q ad ſacrificiū nefandū ſtati uolūtate ꝓſiluit: & q luctatus & cō greſſus diu ad hoc funeſtū opus neceſſitate ꝓuenit. Ille q & ſe & oēs ſuos ꝓ didit: & q ipſe ꝑ cūctis ad diſcrimē accedēs uxorē & liberos & domū totā ꝑiculi ſui pfūctiōe ꝓtexit. Ille q inq̄linos uel aīcos ſuos ad facinus cōpulit:

& qui inquilinis & colonis pepcit. Fratres etiã plurimos qui extorres & profugi recedebant ī ſua tecta & hoſpitia recepit: oſtendẽs & offerẽs deo multas ſaluatas & incolumes aīas: quæ ꝑ una ſaucia deprecent̃. Cũ ergo inter ipſos: q̃ ſacrificauerũt: multa ſit diuerſitas: quæ inclemẽtia eẽt: & quæ acerba duricia libellaticos cũ iis q̃ ſacrificauerint iũgere: quãdo is: cui libellus acceptus eſt: dicat. Ego prius legerã: & epiſcopo tractãte cognoueram nõ ſacrificandũ idolis: nec ſimulacra ſeruum dei adorare debere: & idcirco ne hoc facerẽ: quod nõ licebat: cũ occiſio libelli fuiſſet oblata: quẽ nec ipſum acciperem niſi oſtẽſa fuiſſet occaſio: ad magiſtratum uel alio eunte mãdaui: chriſtianum me eẽ: ſacrificare mihi nõ licere: ad aras diaboli me uenire nõ poſſe: dare me ob hoc premiũ: ne qđ nõ licet faciã. Nunc tamen etiã iſte q̃ libello maculatus ẽ: poſtq̃ nobis admonẽtibus didicit nec hoc facere debuiſſe: & ſi manus pura ſit: & os eius feralis cibi cõtagia nulla polluerũt: conſcientiã tamẽ eius eſſe pollutã: flet auditis nobis & lamentatur: & ꝙ de reliquerit nunc admonetur: & non tam crimine q̃ errore deceptus: qđ iam de cetero inſtructus & paratus ſit conteſtatur. Q uoꝝ ſi pœnitentiã reſpuamus habentium aliquã fiduciam tolerabilis conſcientiæ: ſtatim cum uxoribus cum liberis: quos incolumes reſeruauerant: in hæreſim uel ſciſma diabolo inuitante rapiuntur. Et ad ſcriptam nobis ī die iudicii: nec ouem ſauciam curaſſe: & propter unã ſauciam multas integras ꝑdidiſſe. Et cum dominus relictis ſanis unã errantẽ & lapſam quæſierit: & inuentam in humeris ſuis ipſe portauerit: nos ī tantũ nõ quærimus lapſos: ſed & uenientes arcemus. & cũ Pſeudoprophetæ gregẽ chriſti nũc uaſtare & lacerare nõ deſinant: occiſionẽ canibus & lupis damus. Et quos ꝑſecutio ifeſta nõ ꝑdidit: eos nos duritia noſtra & inhumanitate perdimus. Et ubi etit frater cariſſime qđ apoſtolus dicit. Omnibus ꝑ omnia placeo: non quærens quod mihi eſt utile: ſed quod multis: ut ſaluẽt̃. Imitatores mei eſtote ſicut & ego chriſti. & iterum. Factus ſum infirmus: ut ifirmos lucrarer. & iterũ. Si patitur unũ membrũ cõpatiunt̃ & cætera membra. & ſi letatur unum membrũ: colletãtur & cætera mẽbra. Alia ẽ philoſophoꝝ & Stoicorũ ratio frarer cariſſime: qui dicunt omnia peccata paria eſſe: & uirũ gra non facile flecti oportere Inter chriſtianos autem & phos plurimum diſtat. Et cum apoſtolus dicat. uidete ne quis uos deprehendetur per philoſophiam & inanem fallaciam: uitanda ſunt: quæ non dei clementia ueniunt: ſed de philoſophiæ duriori preſumptione deſcendunt. De Moyſe autem legis in ſcripturis dictum. & fuit Moyſes homo lenis nimis. Et dominus in euangelio ſuo dicit. Eſtote miſericordes quomodo & pater ueſter miſericors eſt ueſtri. & iterum. Non eſt opus ſanis medicus: ſed male habentibus. Q uam poteſt

exercere medicinã: qui dicit eos ſolos curo: quibus medicus neceſſarius nõ eſt? Opẽ noſtrã: medelã noſtrã uulneratis exhibere debemus. Nec putemus mortuuos eẽ: ſed magis ſemianimes iacere: quos ꝓſecutione funeſta ſaucia tos uidemus. Q ui ſi in totũ morti eſſẽt: nũq̃ de eiſdẽ poſtmodũ cõfeſſores & martyres fierẽt. Sed quoniã ẽ in illis: qđ pœnitẽtia ſequẽte reualeſcat ad fidẽ: ad uirtutẽ pœnitẽtiæ robur armet: qđ armari nõ poterit ſi quis deſpa tione deficiat: ſi ab eccleſia dure & crudeliter ſegregatus ad gentiles ſe ui/ as & ſecularia deſideria conuertat: uel ad hereticos & ſciſmaticos reiectus ab eccleſia trãſeat. Vbi & ſi occiſus ꝓꝑ nomẽ chriſti poſtmodũ fuerit: extra eccleſiã cõſtitutus: & ab unitate atq; a caritate diuiſus: coronari ĩ morte nõ poterit. Et iõ placuit frater cariſſime examiatis cauſis ſinguloꝝ libellaticos interĩ admitti: ſacrificatis ĩ exitu ſubuenire: quoniã exhomologeſis apud i feros nõ eſt: nec ad pœnitentiã qs a nobis cõpelli põt: ſi fructus pœnitẽtiæ ſubtrahat. Si prœliũ prius uenerit: corroboratus a nobis inueniet ad præ liũ. Si uero ante prælĩũ infirmitas urſerit: cõſolatio pacis & cõmunicatiõis abſcedit. Neq; enĩ preiudicamus domino iudicaturo: quo minus ſi pœni/ tẽtiã plenã & iuſtã peccatoris ĩuenerit: tũc ratũ faciat qđ a nobis fuerit hic ſtatutũ. Si uero nos aliqs pœnitẽtiæ ſimulatõe deluſerit: deus q nõ deride tur: & q cor hoĩs ĩtuet: đ his quæ nos minus ꝑſpeximus iudicet: & ſeruoꝝ ſẽtentiã dominus emẽdet: dũ tamẽ nos meminiſſe frater debeamus ſcriptũ eẽ. Frater fratrẽ adiuuãs exaltabit. & apoſtolũ quoq; dixiſſe. In cõtẽplatio ne habete unuſq̃ſq; : ne & uos tẽtemini: alterutrũ onera ſuſtinete: & ſic adi/ plebitis legẽ chriſti. itẽ ꝙ ſupbos redarguens & arrogãtiã frangẽs ĩ epiſtola ſua ponat. Et q̃ ſe putat ſtare: uideat ne cadat. & alio ĩ loco dicat. Tu qs es: q̃ iudicas alienũ ſeruũ? domino ſuo ſtat aut cadit: ſtabit autẽ. potẽs ẽ enim deus ſtabilire illũ. Ioãnis quoq; ieſũ chriſtũ dominũ aduocatum & depreca torẽ ꝓ peccatis nr̃is ꝓbet dicens: Filioli mei iſta ſcribo uobis ne delinq̃tis: & ſi qs deliquerit aduocatũ hẽmus apđ patrẽ ieſũ chriſtũ iuſtũ: & ipſe ẽ de precatio ꝓ delictis nr̃is. Et Paulus quoq; aplũs in epiſtola ſua poſuit. Si cũ adhuc peccatores eſſemus chriſtus ꝓ nobis mortuus ẽ: multomagis nũc iu ſtificati ĩ ſãguine illius liberabimur ꝑ illũ ab ira. Cuius pietatẽ & clementiã cogitãtes nõ acerbi adeo: nec duri: nec ĩ fouẽdis fratribus inhũani eẽ debe mus: ſed dolere cũ dolentibus & cũ flentibus flere: & eos q̃tũ poſſumus au xilio & ſolatio noſtræ dilectionis erigere. nec adeo ĩmites & ꝑtinaces ad eo rũ pœnitentiã retũdendã: & iterũ ſoluti & faciles ad cõmunicationẽ teme/ re laxãdã. Iacet enĩ ſaucius frater ab aduerſario ĩ acie uulneratus. Inde dia bolus conat occidere quẽ uulnerauit. hinc chriſtus hortat ne in totũ ꝑeat: quẽ redemit. Cui de duobus aſſiſtimus? in cuius parte ſtabimus? utrum ne

diabolo fauemus: ut ꝑimat: & semianimē fratrē iacentē sicut i euāgelio Sacerdos & Leuites preterimus? An uero ut sacerdotes dei & christi: quod & christus docuit & fecit: imitātes uulneratū d' aduersarii faucibus rapimus: ut curatū deo iudici reseruemus? Nec putes frater carissime hinc aut uirtutē fratrū minui: aut martyria deficere: ꝙ lapsis laxata sit pœnitentia: & ꝙ pœnitētibus spes pacis oblata manet: uero fidētiū robur imobile: & apud timētes ac diligētes corde toto deū stabilis & fortis ꝑseuerat integritas. Nā & mechis a nobis pœnitētiæ tēpus cōcediť: & pax dať: nō tamē idcirco uirginitas i ecclesia deficit: aut cōtinentiæ ꝓpositū glorioſū ꝑ aliena peccata languescit. Floret ecclesia tot uirtutibus coronata: & castitas ac pudicicia tenorē gloriæ suæ seruat. nec qa adulterio penitētia ac uenia laxať: cōtinētiæ uigor frangiť. Aliud est ad ueniā stare: aliud ad gloriam ꝓuenire Aliud missū i carcere nō exire inde: donec soluat nouissimū quadrātē: aliud stati fidei & uirtutis accipe mercedē. Aliud pro peccatis longo dolore cruciatū emēdari & purgari diu igne: aliud peccata oīa passiōe purgare. Aliud denique pēdere i die iudicii ad sniam domini: aliud statim a domino coronari. Et quidē apud anteceſſores nostros qdā de Episcopis istinc i ꝓuitia nostra dandā pacē mechis nō putauerūt: & in totū pœnitentiæ locū cōtra adulteria clauserūt: nō tamē a Coepiscoꝝ suoꝝ collegio recesserūt: aut catholicæ ecclesiæ unitatē uel duriciæ uel cēsuræ suæ obstinatione ruperunt: ut quia apud alios adulteris pax dabať: q̄ nō dabat de Ecclesia separeť: Manente cōcordie uiculo & ꝑseuerāte catholicæ Ecclesiæ idiuiduo sacramēto: actū suū disponit & dirigit unusqsq; episcopus: rationē ꝓpositi sui domino redditurus. Miror aūt quosdā sic obstinatos eē: ut dādā lapsis nō putēt pœnitentiā: aut pœnitētibus existimēt ueniā denegandā: cū scriptū sit. Memēto unde cecideris: & age pœnitētiā: & fac priora opa. Quod utiq; ei diciť: quē cōstat cecidisse: & quē dominus hortať ꝑ opa rursus exurgere: qa scriptū ē. Elemosina a morte liberat: & nō utiq; ab illa morte: quā semel christi sāguis extinxit: & a qua nos salutaris baptismi & redēptoris nr̄i gratia liberauit. Sed ab ea: quæ ꝑ delicta postmodū serpit. Alio itē loco pœnitētiæ tēpus dať: & pœnitētiā nō agēti dominus cōminať. Habeo inqt aduersus te multa: ꝙ uxorē Iesabel: quæ se dicit ꝓphetē: finis docere & seducere seruos meos fornicari & māducare de sacrificio: & dedi illi tēpus ut pœnitentiam ageret: & pœniteri uoluit a fornicatione. Ecce mitto eum in lectum: & qui cum ea fornicati sunt in maximā tribulationē: nisi pœnitētiā egerit ab operibus suis. Quos utiq; ad pœnitentiā dominus non hortaretur: nisi qa pœnitentibus indulgentiam pollicetur. Et in euangelio. Dico inquit uobis sic erit gaudiū in cælo super unū peccatorē pœnitentiā agentem: q̄ super no-

naginta nouem iustos: quibus non est opus pœnitentia. Nam cum scriptũ sit: deus nõ fecit mortẽ nec delectat̃ in ꝑditore uiuorũ: utiq; q neminẽ uult ꝑire: cupit peccatores pœnitẽtiã agere: & ꝑ pœnitentiã denuo uitã redire. Ideo & ꝑ Iohel ꝓphetã clamat & dicit. Et nũc hæc dicit dominus deus noster. Reuertimini ad me ex toto corde ur̃o simulq; & ieiunio & fletu & planctu: & discindite corda uestra & nõ uestimẽta uestra: & reuertimini ad dominũ deũ uestrũ: qa misericors & pius ẽ & patiẽs & multe miseratiõis: & q sententiã flectat aduersus malitiã irrogatã. In psalmis ẽt legimus cẽsurã ꝑiter & clemẽtiã dei cõminãtis simul ac ꝑcentis: puniẽtis ut corrigat: & cum correxit reseruantis. Visitabo inqt in uirga facinora eoꝝ: & inflagellis delicta eoꝝ. Misericordiã aũt meã nõ dispgã ab eis. Dominus quoq; in euangelio pietatẽ dei pr̃is ostẽdẽs ait. Quis ẽ ex uobis hõ: quẽ si petierit filius eius panẽ: lapidẽ porrigat illi? aut si piscẽ postulauerit: serpẽtẽ illi porrigat? Si ergo uos: cũ sitis neq̃: scitis bona data dare filiis uestris: q̃tomagis pater uester cælestis dabit bona poscentibus se? Cõpat hoc dominus carnalẽ patrẽ & dei patris æternã largãq; pietatẽ. q̃ si iste ĩ terris neq̃ pater offensus grauiter a filio peccatore & malo: si tamẽ eundẽ postmodũ uiderit reformatũ: & depositis prioris uitæ delictis ad sobrios & bonos mores & ad innocẽtiam disciplinã penitẽtiæ dolore correctũ gaudet & gratulat̃: & susceptũ quem ante ꝓiecerat cũ uoto paternæ exultatõis cõplectit̃: q̃tomagis unus ille uerus pater bonus misericors & pius: imo ipse bonitas & misericordia & pietas letat̃ in pœnitentia filioꝝ suoꝝ? nec irã pœnitẽtibus: aut plãgentibus & lamentãtibus pœnã cõminat̃: sed ueniã magis & indulgẽtiã pollicetur. Vnde domius ĩ euangelio beatos dicit plagẽtes: qa q plãgit misericordiã ꝓuocat: q ꝑuicax ẽ & suꝑbus: irã sibi & pœnã iudicii ueniẽtis exaggerat. Et idcirco frater carissime pœnitentiã nõ agẽtes: nec dolorẽ delictoꝝ suoꝝ toto corde & manifesta lamentationis suæ ꝓfessione testãtes: ꝓhibendos omnino censuimus ab spe cõmunicatõis & pacis: si in infirmitate atq; ĩ ꝑiculo cœperint deprecari: q̃a rogare illos nõ delicti pœnitentia: sed mortis urgẽtis admonitio cõpellit: nec dignus ẽ in morte accipe solatiũ: q se nõ cogitauit eẽ moriturũ. Quod uero ad Nouatiani ꝑsonã ꝑtinet frater carissime: de quo desiderasti tibi scribi quã heresim ĩtroduxisset: scias nos primo ĩ loco nec curiosos eẽ debere: qd ille doceat cũ foris doceat. Quisqs ille est: & qualiscũq; est: christianus nõ ẽ: q in christi ecclesia nõ est. Iactet se & philosophiã uel eloquentiã suã suꝑbis uocibus predicet: q nec fraternã caritatẽ: nec ecclesiasticam unitatẽ tenuit: etiã qd̃ prius fuerat amisit. Nisi si episcopus tibi uidet̃: q episcopo ĩ ecclesia a sexdeci coepiscopis facto: adulter atq; extraneus episcopus fieri a desertoribus ꝑ ãbitũ nitit̃. & cũ sit a christo

una ecclesia p totū mundū ī multa mēbra diuisa: Itē episcopatus unus epi/
scopoꝝ multoꝝ cōcordi numerositate diffusus: ille post dei traditōnē: post
cōnexā & ubicūqꝫ cōiunctā catholicæ ecclesiæ unitatē: humanā conet ecclesiā facere: & p plurimas ciuitates nouos apostolos suos mittat: ut quædam recentia institutōis suæ fūdamēta cōstituat. Cūqꝫ iā pridē p oēs ꝓuincias & p urbes singulas ordinati sint episcopi ī ætate antiq: ī fide integri: ī pressura ꝓbati: ī psecutiōe ꝓscripti: ille sup eos creare alios Pseudoepiscopos audeat: quasi possit aut totū orbē noui conatus obstinatōe pagrare: aut ecclesiastici corpis cōpaginē discordiæ suæ seminatōe rescidere. Nesciēs scismaticos semp iter initia sua feruere: incremēta uero habere nō posse: nec augere qd illicite cepint: sed stati cū praua sua emulatiōe deficere. Episcopatū autē tenere nō posset: etiā si episcopus prius factus a coepiscopoꝝ suorum corpe & ab ecclesiæ unitate descisceret: q̄do apostolus admoneat: ut inuicē nosmetipsos sustineamus: nec ab unitate: q̄ deus cōstituit: recedamus: & dicat. Sustinētes inuicē ī dilectione: satis agētes seruare unitatē spūs ī coniunctione pacis. Q ui ergo nec unitatē spūs: nec cōiunctionem pacis obseruat: & se ab ecclesiæ uinculo atqꝫ a sacerdotum collegio sepat: episcopi nec potestatē pōt habere nec honorē: q episcopatus nec unitatem uoluit tenere nec pacē. Tū deinde q̄tus arrogātiæ tumor ē: q̄ta hūilitatis & lenitatis oblio: arrogātiæ suæ q̄ta iactatio: ut qs aut audeat: aut facer posse se credat: qd nec apostolis cōcessit dominus: ut zizania a frumēto putet se posse discernere: aut quasi ipsi paleā ferre & areā purgare cōcessū sit: paleas a triti/
co conet separe: cūqꝫ apostolus dicat. In domo aūt magna nō solū uasa aurea sūt & argētea: sed & lignea & fictilia aurea & argētea uasa uideat eligere: lignea uero & fictilia cōtēnere: abiicire: q̄do nō nisi die domini uasa lignea diuini ardoris incēdio cōcrement: & fictilia ab eo: cui data est ferrea uirga: frāgant. Aut si se renis & cordis scrutatorē cōstituit & iudicē: p oia equaliter iudicet. & cū sciat scriptū eē: Ecce sanus factus es: iā noli peccare ne qd tibi deterius fiat: fraudatores & mechos a latere atqꝫ a comitatu suo sepet: q̄do multo & grauior & peior sit mechi q̄ libellatici cā: cū hic necessitate: ille uolūtate peccauerit. hic existimās sibi satis eē q̄ nō sacrificauerit: errore deceptus sit: Ille matrimonii expugnator alieni: uel lupanar īgressus ad cloacā & cenosā uoraginē uulgi sanctificatū corpus & dei tēplū detesta bili colluuione uiolauerit: sicut apostolus dicit. Omne peccatū quodcunqꝫ fecerit hō extra corpus ē: q aūt mechat in corpus suum peccat. Q uibus tamen & ipsis pœnitētia cōcedit: & lamentādi ac satisfaciēdi spes relinqtur: secundū ipsū apostolū dicentē. Timeo ne forte ueniēs ad uos lugeā multos ex üs: q ante peccauerūt: & nō egerūt pœnitentiā de imūdiciis: q̄s fecerūt

& fornicationibus & libidinibus. Nec ſibi in hoc noui hæretici blãdiant: ꝙ ſe dicant idolatris nõ cõmunicare: q̃do ſint apud illos & adulteri & fraudatores: q teneant idolatriæ crimine: ſecundũ apoſtolũ dicentẽ. Hoc enim ſcitote intelligẽtes qa omnis fornicator: aut imundus: aut fraudator: qd̃ é idolatria: nõ hẽt hereditatẽ i regno chriſti & dei. & iterũ. Mortificate itaq; mẽbra ueſtra: quæ ī terra ſunt: exponentes fornicationẽ: imundiciã: & cõcupiſcentiã malã: & cupiditatẽ: quæ ſũt idoloꝝ ſeruitus: ꝓpter quæ uenit ira dei. nã cũ corpa noſtra mẽbra ſint chriſti: & ſinguli ſimus tẽplũ dei: qſqs adulterio tẽplũ dei uiolat: deũ uiolat. & q ī peccatis cõmittendis uoluntatem diaboli facit: demoniis & idolis ſeruit. Neq; enim mala facta de ſancto ſpũ ueniũt: ſed de aduerſarii inſtinctu: & de immundo ſpũ natæ cõcupiſcentiæ cõtra deũ facere: & diabolo ſeruire cõpellunt. Ita fit ut ſi peccato alterius inq̃nari alterũ dicunt: & idolatriã delinquẽtis ad nõ delinquẽtẽ tranſire ſua aſſeueratione contẽdunt: excuſari ſecundũ ſuã uocẽ nõ poſſint ab idolatrie crimine: cũ cõſtet de apoſtolica ꝓbatione mechos & fraudatores: qbus illi cõmunicant idolatras eſſe. Nobis aũt ſecũdũ fidẽ noſtrã & diuinæ predicationis datã formã cõpetit ratio ueritatis: ununquẽq; in pecto ſuo reum teneri: nec poſſe alterũ ꝓ altero fieri: cũ deus premõeat & dicat. Iuſtitia iuſti ſup eũ erit: & ſcelus ſcelerati ſup eũ erit. & iterũ. Nõ morient̃ patres pro filiis: & filii non morient̃ pro patribus. Vnuſq; ſq; ī peccato ſuo morie. Quod legẽtes. ſ. & tenentes neminẽ putamus a fructu ſatiſfactionis & ſpe pacis arcendũ: cũ ſciamus iuxta ſcripturarũ fidẽ auctore & hortatore ipſo deo: & ad agendã pœnitentiã peccatores redigi: & ueniam atq; indulgentiã pœnitẽtibus nõ denegari. Atq; o fruſtrandæ fraternitatis irriſio: o miſeroꝝ lamentantiũ caduca deceptio hereticæ iſtitutõis inefficax & uana traditio: hortari ad ſatiſfactionis pœnitentiã & ſubtrahere de ſatiſfactione medicinã: dicere fratribus noſtris plãge & lachrymas funde: & diebus ac noctibus ingemiſce: & pro abluẽdo & purgãdo delicto tuo largiter & frequenter opare: ſed extra eccleſiã poſt oĩa iſta morieris. Quæcunq; ad pacẽ ptinent facies: ſed nullã pacẽ: quã quæris accipies. Quis nõ ſtatim pereat: qs nõ ipſa deſpatione deficiat: Quis nõ animũ ſuũ a propoſito lamẽtationis auertat: Operari tu putas ruſticũ poſſe ſi dixeris agrũ pitia omni ruſticitatis exerce: culturis diligenter inſiſte: ſed nullã meſſem metes: Nullam uindemiã præmes: nullos oliueti tui fructus capies: nulla de arboribus poma decerpes: Vel ſi cui demũ uſũ nauiũ ſuadens dicas. Materiã de excellentibus ſiluis mercare frater: Carinã preualidis & electis roboribus itexe: clauo: funibus: uelis: ut fabricet̃ atq; armet̃ nauis operare: ſed cũ hoc feceris: fructũ de actibus eius & curſibus nõ uidebis: Precludere eſt atq; abſci/

dere iter doloris ad penitendi uiã: cum ſcripturis dominus deus reuertenti bus ad ſe & penitẽtibus blandiat̃ : noſtra duricia & crudelitate dũ fructus pœnitentiæ intercipit̃ : pœnitentia ipſa tollat̃ : q̃ ſi inuenimus a pœnitẽtia agenda neminẽ debere prohiberi: & deprecantibus atq; exorantibus domi ni miſericordiã ſecundum q̃ ille miſericors & pius eſt p̃ ſacerdotes eius pa cem poſſe cõcedi: admittendus eſt plangentiũ gemitus: & pœnitentiæ fru ctus dolentibus non negandus. Et q̃a apud inferos dũ confeſſio nõ eſt: nec exhomologeſis illic fieri põt: qui ex toto corde penituerint & rogauerint: ĩ eccleſiã debent interius ſuſcipi: & in ipſa domino reſeruari: q̃ ad eccleſiam ſuã uenturus de illis utiq; : quos in ea intus inuenerint: iudicabit. Apoſtatæ uero & deſertores: uel aduerſarii & hoſtes & chriſti eccleſiã diſſipãtes : nec ſi occiſi pro nomine eius foris fuerint: admitti ſecundũ apoſtolum poſſunt ad eccleſiæ pacem : quando nec ſpiritus nec eccleſiæ tenuerunt unitatem. Hæc interim frater cariſſime pauca d'multis q̃tũ potui breuiter decucurri: q̃bus & deſiderio tuo ſatiſfacerẽ: & te magis ac magis Collegii & corporis noſtri ſocietate cõiungerem. Si aũt tibi ueniendi ad nos oportunitas & fa/ cultas fuerit: plura in cõmunione cõ ferre: & uberius ac plenius quæ in ſalu tarem concordiam faciant: tractare poterimus.

Ad Moyſen & Maximum preſbyteros & cæteros Confeſſores : qui in p̃ ſecutionibus fidem integram ſeruauerunt:

Yprianus Moyſi & Maximo preſbyteris & cæteris confeſſoribus di lectiſſimis fratribus ſalutem. Gloriam fidei & uirtutis ueſtræ fortiſſi mi ac beatiſſimi fratres iam pridem de opinione cognoueram : lætatus ſa/ tis & plurimum gratulatus q̃ uos confeſſione ſui nominis pauerit ad coro/ nam domini noſtri precipua dignatio. Vos enim primores & duces ad no/ ſtri temporis prælĩ facti cæleſtis militiæ ſigna mouiſtis. Vos ſpiritale cer/ tamen: quod nunc geri deus uoluit : ueſtris uirtutibus imbuiſtis . Vos ſur/ gentis belli impetus primos immobili robore atq; inconcuſſa ſtabilitate fre giſtis. Inde initia fœlicia pugnandi orta ſunt : unde uincendi auſpicia cœ/ perunt . Contigit hoc per tormenta conſumari martyria : Sed qui in con/ greſſione precedens exemplum uirtutis fratribus factus eſt : cum martyri/ bus in honore communis eſt . Coronas ueſtras manu ſertas inde huc tradi/ diſtis : & de poculo ſalutare fratribus propinaſtis . Acceſſit ad confeſ/ ſionis exordia glorioſa & militiæ uictricis auſpicia : diſciplinæ tenor : quem de epiſtolæ ueſtræ uigore perſpeximus : quam modo ad collegas ue/ ſtros in confeſſione uobiſcum domini copulatos ſollicita admonitione

miſiſtis: ut Euangelii ſancta præcepta: & tradita nobis ſemel mãdata uitalia: forti & ſtabili obſeruatione teneant. Ecce alius gloriæ ueſtræ ſublimis gradus: ecce iterũ cũ cõfeſſione geminatus ꝓmerendi dei titulus. Stare firmo gradu: & ĩ hac acie quæ ĩ Euãgelio coronat: irrũpe: & præceptis domini ſubruẽdis manus ĩpias iferẽtes fidei robore ſubmouere: prebuiſſe ãte initia uirtutũ: nũc & mox magiſteria prebere. Dominus poſt reſurrectionẽ mittẽs apoſtolos mãdat & dicit. Data ẽ mihi ois poteſtas ĩ cælo & in terra. Ite ergo & docete gentes oẽs: tãgẽtes eos ĩ noĩe patris & filii & ſpũs ſci: docentes eos obſeruare quæcũq; precepi uobis. Et ioãnes Apoſtolus huius mãdati memor ĩ epiſtola ſua poſtmodũ ponit. In hoc inqt ĩtelligimus qa cognouimus eũ: ſi præcepta eius cuſtodiamus. q dicit quoniã cognouit eũ: & mãdata eius nõ ſeruat: mẽdax ẽ: & ueritas ĩ illo nõ eſt. Hæc præcepta cũ cuſtodiẽda ſuggeritis: diuina & cæleſtia mãdata ſeruaſtis. Hoc eſt eſſe cõfeſſorẽ domini: hoc eſt eẽ Martyrẽ Chriſti: Seruare uocis ſuæ ĩuiolatã circa oĩa & ſolidã firmitatem. nec ꝑ dominũ Martyrẽ fieri: & præcepta dnĩ deſtruere conari: uti aduerſus illũ dignatiõe: quã tibi dederit: armis ab illo acceptis rebellẽ quodãmõ fieri. hoc ẽ Chriſtũ cõfiteri uelle & Euãgeliũ Chriſti negare. Lætor igit ex uobis fortiſſimi ac fideliſſimi frẽs: & q̃tũ gratulor Martyribus iſtic coronatis ob uiriũ gloriã: tãtũ gratulor piter & uobis ob domini cæetiã diſciplinæ coronã. Dignationẽ ſuã dominus multiplici genere largitatis infudit: bonoꝝ militũ laudes & glorias ſpiritales copioſa uarietate diſtribuit: honoris ueſtri ꝓticipes & nos ſumus: gloriã ueſtrã noſtrã gloriã cõputamus: quoꝝ tpa illuſtrauit tãta fœlicitas: ut ætatẽ noſtrã uidere cõtigeret ꝓbatos ſeruos dei: & Chriſti milites coronatos. Opto uos fortiſſimi ac beatiſſimi fratres ſemper bene ualere: & noſtri meminiſſe.

Ad Clerũ quẽ docet aduerſa tũc iminẽtia ꝑ nimia peccata ueniſſe: iõq; iſtãter orãdũ: quoniã deus quẽ corripit diligit: & quũ corripit ad hoc corripit ut emendet.

Yprianus Preſbyteris & diaconibus fratribus ſalutẽ. Q uãq̃ ſentiam frẽs cariſſimi ꝓ timore: quẽ ſinguli debemus deo: uos quoq; illic aſſiduis orationibus & enixis precibus inſtãter incũbere: admoneo tamẽ reli/gioſã ſollicitudinẽ ueſtrã: ut ad placãdũ atq; exorãdũ dominũ nõ uoce ſola: ſed & ieiuniis & lachrimis & oĩ genere deprecatõis igemiſcamus. Intelligendũ ẽ enĩ & cõfitẽdũ præſſuræ iſtius tã turbidã uaſtitatẽ: quæ gregẽ noſtrũ maxĩa ex ꝑte populata ẽ & adhuc uſq; populat: ſecũdũ peccata noſtra ueniſſe: dũ uiã dnĩ nõ tenemus: nec data nobis ad ſalutem cæleſtia mãdata ſeruamus. Fecit dominus noſter uolũtatem ꝓpriſ: & nos nõ facimus domini

uoluntatē: patrimonio & lucro ſtudētes: ſupbiam ſectantes: emulationi ac diſſenſioni uacantes: ſimplicitatis & fidei negligentes: ſæculo uerbis ſolis & nō factis renunciantes: unuſqſq; ſibi placentes & omnibus diſplicentes. Vapulamus itaq; ut meremur: cū ſcriptu ſit. Seruus autē ille: q cognoſcit uolūtatē domini ſui: & nō puerit uolūtati eius: uapulabit multis. Quas āt plagas: quæ uerbera nō meremur: q̄do nec confeſſores: q exēplo cæteris ad bonos mores eē debuerāt: teneāt diſciplinā? Itaq; dū quoſdā īſolēter extollit confeſſionis ſuæ tumida & inuerecunda iactatio: tormenta uenerunt & torméta ſine fine tortor ſine exitu dānationis: ſine ſolatio mortis: torméta quæ ad coronā nō facile dimittāt: ſed tandiu torqueant q̄diu deiiciāt. Niſi ſi aliq̄s diuina dignatione ſubtractus inter ipſa cruciamenta profecerit: adeptus gloriā nō termino ſupplicii ſed celeritate moriendi. Hæc patimur delicto & merito noſtro: ſicut præmonuit diuina cēſura dicēs. Si derelinquerint legē meā & in iudiciis meis nō ambulauerint: ſi iuſtificatiōes meas profanauerint & præcepta mea nō obſeruauerint: uiſitabo in uirga facinora eoꝝ & in flagellis delicta eoꝝ. Virgas igit & flagella ſentimus: q deo nec bonis factis placemus: nec pro peccatis ſatiſfacimus. Rogemus de intimo corde & de tota mente miſericordiā dei: quia & ipſe addidit dicens. miſericordiā aūt meā nō diſpgā ab eis. Petamus & accipiemus. & ſi accipiēdi mora & tarditas fuerit: quoniā grauiter offendimus: pulſemus: qa & pulſanti apitur: ſi mō pulſent hoſtiū preces & gemitus & lacrimæ noſtræ: q̄bus inſiſtere & immorari oportet: & ſi ſit unanimis oratio. nā q̄d magis ſuaſit & cōpulit: ut has ad uos litteras ſcriberē: Scire debetis (ſicut dominus oſtendere & reuelare dignatus eſt) dictū eſſe i uiſione. Petite & impetrabitis. Tūc deinde præceptū plebi aſſiſtenti: ut p̄ q̄buſdam pſonis deſignatis ſibi peterēt. In petēdo āt fuiſſe diſſonas uoces: & diſpes uolūtates: & uehemēt hoc diſplicuiſſe illi: q dixerat petite & ipetrabitis: q̄ plebis ieq̄litas diſcrepet: nec eēt fratrū cōſenſio una & ſimplex & iūcta cōcordia. cū ſcriptū ſit. Deus q ihabitare facit unanies i domo. & i Actis Aplōꝝ legamus: turba āt eo tū: q crediderāt: aio ac mēte una agebāt: & domius ſua uoce mādauerit dicēs. Hoc eſt mādatū meū: ut diligatis iuicē. & iterū. Dico āt uobis: quoniā ſi duobus ex uobis cōuenerit i terra de oī re q̄cūq; petieritis cōtinget uobis a p̄re meo: q in cælis ē. q̄ ſi duo unanies tātū poſſūt: q̄d ſi unanimitas apd̄ oēs eſſet? Quid ſi ſecūdū pacē quā nobis domius dedit uniuerſis fratribus cōueniret? Īpridē de diuina miſericordia impetraſſemus: q̄d petimus. nō tā diu i hoc ſalutis & fidei noſtræ piculo fluctuaremus: imo uero nec ueniſſent fribus hæc mala: ſi unaniter fraternitas fuiſſet aiata. Nā & illd̄ oſtēſū ē: quod ſederet paterfamilias ſedente ſibi ad dexterā iuuene. Qui iuuenis

anxius & cũ quadã indignatione subtristis maxillã manu tenens mæsto uul
tu sedebat: Alius uero ĩ sinistra ꝑte cõsistẽs rete portabat: qd̃ se mittere: ut
circunstantẽ populũ capet: minabat̃. & cũ miraret̃: qd hoc esset ille: q̃ ui/
dit: dictũ ẽ ei. Iuuenẽ q ad dexterã sic sederet: cõtristari & dolere qd̃ prece
pta sua nõ seruarent̃. Illũ uero in sinistra exultare: qd̃ sibi daret̃ occisio: ut
a patrefamilias potestatẽ sumeret sæuiendi. Hoc prius lõge ostensũ est q̃ tẽ
pestas uastitatis huius oriret̃. Et uidemus ĩpletũ qd̃ fuerat ostensũ: ut dum
domini precepta cõtẽnimus: dũ datæ legis mãdata salutaria non tenemus:
facultatẽ nocẽdi inimicus accipet. & minus armatos: & ad repugnãdũ mi/
nus cautos iactu retis opiret. Oremus instanter: & assiduis precibus inge/
miscamus. Nã & hoc nobis nõ olim ꝑ uisionẽ frẽs carissimi exprobratũ sci
atis: qd̃ dormitemus in præcibus: nec uigilanter oremus: & deus utiq; qui:
quẽ corripit: diligit: q̃do corripit: ad hoc corripit: ut emẽdet: ad hoc emẽ/
dat: ut seruet. Excutiamus itaq; & abrũpamus sõni uincula: & instanter ac
uigilanter oremus: sicut Paulus Apostolus precipit dicens. Instate oratiõi
uigilãtes in ea. Nã & apostoli orare diebus ac noctibus nõ destiterũt: & do
minus quoq; ipse disciplinæ magister & exẽpli nostri uia frequẽter & uigilã
ter orauit: sicut ĩ Euangelio legimus. Exiit in montẽ orare: & fuit ꝑnoctãs
in oratione dei. & utiq; qd̃ orabat: orabat ille pro nobis: cũ peccator nõ ip
se esset: sed nostra peccata portaret. Adeo aũt ꝓ nobis ille deprecabat̃: ut
legimus ĩ alio loco. Dixit autem dominus ad petrum: ecce sathanas postu/
lauit ut uos uexaret quomodo triticum: ego autem rogaui pro te: ne defici
at fides tua. qd̃ si ꝓ nobis ac ꝓ delictis nostris ille laborat & uigilat & pre/
catur: q̃to nos magis insistere percibus & orare: & primo ipsũ dominũ ro/
gare: tũ deinde ꝑ ipsũ deo patri satisfacere debemus? Habemus aduocatũ
& deprecatorẽ pro peccatis nostris Iesũ Christũ dominum nostrum: si mõ
nos in præteritũ peccasse peniteat: & cõfitẽtes atq; intelligentes delicta no
stra: qbus nunc deũ offendimus: uel de cætero nos ambulare in uiis eius &
præcepta eius metuere spondeamus. Pater noster & corrigit & tuetu: Stan
tes tamen in fide & in pressuris atq; in angustiis licet Christo eius firmiter
adherentes: sicut scriptum est. Quis nos separabit a caritate Christi? Pres/
sura an angustia: an ꝑsecutio: an fames: an nuditas: an ꝑiculũ: an gladius?
Nihil horum potest separare credentes: nihil potest auellere corpori eius
& sanguini coherentes. Persecutio ista examinatio est atq; exploratio pec/
cati nostri: excuti nos deus uoluit & probari: sicut suos semper probauit:
nec tamen in probationibus eis aliquando auxilium credentibus defuit.
Denique ad minimum famulum suum: & in delictis licet plurimis con/
stitutum: & dignatione eius indignum: tamen pro sua circa nos bonitate

mandare dignatus est. Dic illi inquit securus sit: quia pax uentura est. Sed quod interim morula ē: supsunt aliq: qui probent. Sed & de uictu parco: & sobrio potu diuinis dignationibus admonemur: scilicet ne uigore cælesti sublime iam pectus illecebra secularis eneruet: uel ne largioribus epulis mens grauata minus ad preces orationis euigilet. Dissimulare hæc singula & apud cōscientiā meā solus occultare nō debui: qbus unusquisq; uestrū & instrui & regi possit. Ne ipsi utiq; apud uos hanc epistolā teneatis occultā: sed legendā fratribus suggeratis. Intercipere enim qbus nos dominus admonere & instruere dignat: eius est: q admoneri & instrui dedignat: eius est: q admoneri & instrui fratrē suū nolit. Probari nos a domino nostro sciant: nec a fide: in qua in eū semel credidimus: pressentis pressuræ cōflictatione deficiāt. Delicta sua singuli recognoscentes: uel mō cōuersationē ueteris hois exponant. Nemo enī retro attendēs: & supponens manū suā supara tq; aptus est regno dei. Deniq; uxor Loth: quæ liberata cōtra præceptū retro respexit: qd euaserat pdidit. Attendamus nō posteriora: quo diabolus reuocat: sed priora quo Christus uocat. Oculos erigamus ad cælum: ne oblectamēris & illecebris nos suis terra decipiat. Vnusqsq; oret dominum nō pro se tantū: sed & p omnibus fratribus: sicut dominus Iesus orare nos docuit: ubi nō singulis priuatā precē mādauit: sed cōmuni & cōcordi prece orantes p omnibus iussit orare. Si nos dominus humiles & qetos: si nos inuicē copulatos: si circa irā suam timidos: si præsenti tribulatione correctos emendatosq; cōspexerit: tutos ab inimici infestatōibus exhibebit. Pre cessit disciplina: sequet & uenia. Nos tantū sine cessatōe poscendi: & cū fide accipiendi simplices & unanimes dominū deprecemur cū gemitu piter & fletu deprecātes: sicut deprecari oportet eos: q sint positi inter plāgētiū ruinas: & timentiū reliqas: inter numerosā languentiū stragē: & exiguā stātiū paucitatē. Rogemus pacē maturius reddi: cito latebris nostris & piculis subueniri. In plerisq; famulis suis dominus dignat ostēdere redintegrationē Ecclesiæ suæ: securitatē salutis nostræ: post pluuias serenitatē: post tenebras lucē: post pcellas & turbines placidā lenitatē. Pia paternæ dilectionis auxilia: diuinæ magiestatis solita magnalia: qbus & psequētiū blasphemia retondat: & lapsoq; penitētia reformet: & fortis & stabilis pseuerātiū fiducia glorietur. Opto uos frēs carissimi semper bene ualere.

Ad Clerū & Plebē de Celerino Cōfessore Lectore ordinato:

Yprianus Presbyteris & diaconibus & Plebi uniuersæ fratribus salutem. Agnoscēda & cōplectēda sunt frēs dilectissimi beneficia diuia: qbus Ecclesiā suā dominus illustrat tēporibus nris & honestare dignatus ē:

commeatum dando nobis cõfeſſoribus ſuis & Martyribus glorioſis: ut qui ſublimiter Chriſtũ confeſſi eſſent: clerũ poſtmodũ Chriſti miniſteriis Eccleſiaſticis adornarẽt. Exultate itaq; & gaudete nobiſcũ lectis litteris noſtris: qbus ego & collegæ mei: qui preſentes aderãt: referimus ad uos Celerinum fratrẽ noſtrũ uirtutibus ꝑiter & moribus glorioſũ clæro noſtro nõ humana ſuffragatõe: ſed diuina dignatõe cõiunctũ. Q ui eũ cõſentire dubitaret Eccleſiæ ipſius admonitu & hortatu ĩ uiſione ꝑ noctere compulſus eſt ne negaret. Nobis ſuadentibus: cui plus licuit & coegit: qa nec fas fuerat nec decebat ſine honore Eccleſiaſtico eẽ: quẽ ſit dominus honorauerit cæleſtis gloriæ dignitate. Hic ad tpis noſtri prælĩ primus. hic ĩter Chriſti milites ante ſignanus. Hic ĩter pſecutõis initia feruentia cũ ipſo infeſtationis pricipe & auctore cõgreſſus: dũ in expugnabili firmitate certamis ſui aduerſariũ uincit: uincẽdi cæteris uiã fecit. nõ breui cõpendio uulnerũ uictor: ſed hærẽtibus diu & ꝑmanẽtibus pœnis lõge colluctatõis miraculo triumphator. Per decẽ & nouẽ dies cuſtodia carceris ſæpius ĩ neruo ac ferro fuit. Sed poſito ĩ uinculis corpore: ſolutus ac liber ſpũs mãſit. Caro famis ac ſitis diuturnitate cõtabuit: ſed animã fide & uirtute uiuẽtẽ nutrimẽtis ſpiritalibus deus pauit. Iacuit ĩter pœnas pœnis ſuis fortior: ĩcluſus ĩcludẽtibus maior: iacẽſſãtibus celſior: uinciẽtibus firmor uinctus: ſublimior iudicantibus iudicatus. Et q̃uis ligati neruo pedes eſſent: calcatus ſerpens & obtritus & uictus eſt. Lucent ĩ corpe glorioſo clara uulnerũ ſigna: eminẽt & apparent ĩ neruis hoĩs ac mẽbris lõga tabe conſũptis expreſſa ueſtigia. Sũt magna: ſũt mira: quæ ꝺ uirtutibus eius ac laudibus fr̃nitas audiat. Et ſi aliq̃s Thomæ ſimilis extiterit: q̃ minus auribus credat: nec oculoꝝ fides deeſt: ut qs qꝺ audit & uideat. In ſeruo dei uictoriã gloria uulneꝝ fecit: gloriã circatricũ memoria cuſtodit: Nec rudis iſte aut nouus ẽ ĩ Celerino cariſſimo nr̃o titulus gloriæ rũ: Per ueſtigia cognationis ſuæ gradiur: parẽtibus ac ꝓpinq̃s ſuis honore cõſimili diuinæ dignationis æquaꝺ. Auia eius Celerina iã pridẽ Martyrio coronata ẽ. Itẽ patruus eius & auũculus Laurẽtius & Ignatius ĩ caſtris & ĩp ſi quondã ſæcularibus militãtes: ſed ueri & ſpiritales dei milites: dũ diabolũ Chriſti ꝓfeſſione ꝓſternũt: palmas a domino & coronas illuſtri paſſiõe meruerunt. Sacrificia ꝓ eis ſẽp: ut meminiſtis offerimus: quotiẽs Martyrũ paſſiones & dies ãniuerſaria cõmemoratõe celebramus. Nec degener ergo eẽ nec minor poterat: quẽ ſic domeſticis exẽplis uirtutis ac fidei ꝓuocabat familiæ dignitas & generoſa nobilitas. Q uod ſi ĩ familia ſeculari predicationis laudis ẽ eẽ patriciũ: q̃to maioris laudis & honoris ẽ: fieri ĩ cæleſti predicatõe generoſũ? Nõ ĩuenio quẽ beatiorẽ magis dicã: uerũ ne illos de poſteritate tã clara: an hũc de origine glorioſa. Ita æqualiter apꝺ eos recurrit

& cõmeat diuina dignatio: ut & illoꝝ coronã dignitas ſobolis illuſtret: & huius gloria ſublimitas generis illuminet. Hunc ad nos frẽs dilectiſſimi cũ tãta domini dignatõe ueniẽtẽ teſtimonio & miraculo eius ipſius: q̃ ſe ꝓſecutus fuerat illuſtrẽ: qd alid' q̃ ſuꝑ pulpitũ: i. ſuꝑ tribunal eccleſiæ oportebat ꝑponi: ut loci altioris celſitate ſubnixus & plebi uniuerſæ ꝑ honoris ſui claritate cõſpicuus: legat præcepta & Euangeliũ domini: quæ fortiter ac fideliter ſeq̃t'. Vox dominũ cõfeſſa in his quottidie: quæ dominus locutus eſt: audiat'. uiderit an ſit ulterior gradus: ad quẽ ꝓficiſci in Eccleſia poſſit: Nihil eſt i quo magis cõfeſſor fratribus ꝓſit: q̃ ut dum euãgelica lectio de ore eius audit': lectoris fidẽ q̃ſq̃s audierit: imitet'. Iungendus i oratione Aurelio fuerat: cũ quo & diuini honoris ſocietate cõiunctus ẽ: cũ quo omnibus uirtutis & laudis inſignibus copulatus eſt. Pares ambo: & uterq; cõſimiles. In q̃tum gloria ſublimes: i tantũ uerecũdia humiles. Q uãtũ diuina dignatione ꝓmoti: tãtũ ſua qete & tranq̃llitate ſũmiſſi: & uirrutũ pariter & morũ ſingulis exẽpla prebẽtes: & cõgreſſionis & paci cõgruẽtes. Illic robore: hic pudore laudabiles. In talibus ſeruis lætat' dominus. In eiuſmodi cõfeſſoribus gloriat': quoꝝ ſecta & cõuerſatio ſic ꝓficit ad præconiũ gloriæ: ut magiſteriũ cæteris præbeat diſciplinæ. Ad hoc eos Chriſtus eſſe in eccleſia diu uoluit: ad hoc de media nocte ſubtractos: quadã dixeri reſurrectione circa eos facta: incolumes reſeruauit: ut dũ nihil i honore ſublimius: nihil i humilitate ſubmiſſius a fratribus cernit': hos eoſdẽ fraternitas ſectata comitet'. Hos tamẽ lectores interi cõſtitutos ſciatis: qa oportebat lucernã ſuꝑ candelabrũ poni: unde oĩbus luceat: & glorioſos uultus i loco altiore cõſtitui: ubi ab oi fraternitate circunſtante cõſpecti incitamẽtũ gloriæ uidentibus prebeãt. Cæterũ Preſbyterii honorẽ deſignaſſe nos illis iã ſciatis: ut & ſportulis iidẽ cũ preſbyteris honorentur: & diuiſiones menſuræ æquatis quãtitatibus ꝓtiãt': ſeſſuri nobiſcũ ꝓuectis & corroboratis ãnis ſuis: q̃uis i nullo minor poſſit uideri ætatis idole: q cõſũmauit ætatẽ gloriæ dignitate.

Ad Plebẽ Thibari cõſiſtentẽ hortatoria: ut mente incorrupta fide integra: uirtute deuota chriſti confeſſionẽ ſeruet.

Yprianus plebi Thibari cõſiſtẽti ſalutẽ. Cogitauerã qdẽ frẽs dilectiſſimi atq; i uotis habebã: ſi rerũ ratio ac tꝑis cõditio pmitteret: ſecundũ q̃ frequenter deſideraſtis: ipſe ad uos uenire: & q̃tulacũq; mediocritate exhortatõis noſtræ præſens illic fraternitatẽ corroborare. Sed quoniam ſic rebus uergentibus detinemur: ut lõge iſtinc excurrere: & diu plebe cui d' diuina indulgẽtia præſumus: abeſſe nõ det' facultas: has interi pro me ad uos

uicarias litteras misi. Nam cũ domini instruentis dignatione istigemur po
tius & admoneamur: ad uestrã quoq; cõscientiã admonitiõis nostræ sollici/
tudinẽ ꝓferre debemus. Scire enĩ debetis & ꝓ certo credere ac tenere: præ
suræ diẽ sup caput eẽ cæpisse: & occasũ sæculi atq; Antichristi tẽpus appro
pinquasse: ut pati oẽs ad prœliũ stemus: nec q̃cq̃ nisi gloriæ uitæ eternæ: &
coronã cõfessionis dominicæ cogitemus. Nec putemus talia eẽ: quæ ueni/
unt: qualia fuerũt illa: quæ transierũt. Grauior nũc & ferocior pugna imi/
net: ad quã fide incorrupta: & uirtute robusta pare se debeant milites Chri
sti: cõsiderantes idcirco se quottidie calicẽ sanguinis Christi bibere: ut pos
sint & ipsi pp Christũ sanguinẽ fundere. Hoc ẽ enim uelle cũ Christo iueni
ri: id qd̃ Christus & docuit & fecit: imitari: secundũ Ioãnẽ Apostolũ dicen
tẽ. Q ui dicit se i Christo manere: debet quõ ille ãbulauit & ipse ambulare:
Itẽ Beatus Paulus Apostolus exhortat̃ & docet dicẽs. Sumus filii dei. Si ãt
filii & hæredes dei: cohæredes aũt Christi. siqdẽ cõpatiamur ut & magnifi
cemur. Q uæ nunc oia cõsiderãda sũt a nobis: ut nemo q̃cq̃ de sæculo iam
moriente desyderet: sed sequat̃ Christũ: q & uiuit i æternũ: & uiuificat ser
uos suos in fide sui nois cõstitutos. Venit enim tẽpus frẽs dilectissimi: qd̃
iãpridẽ dominus noster prenunciauit: & docuit aduenire dicẽs. Veniet ho
ra: ut ois qui uos occiderit: putet se officiũ deo facere. Sed hoc faciẽt quo
niã nõ cognouerunt patrẽ neq; me. Hæc aũt locutus sũ uobis: ut cũ uenerit
hora eorũ memores sitis: qa ego dixi uobis. Nec q̃sq̃ mirent̃ ꝓsecutoribus
nos assiduis fatigari: & præsturis a gentibus frequenter urgeri: q̃do hæc fu
tura i nouissimis tpibus dominus ante prædixerit: & militiam nostrã magi
sterio & hortamẽto sui sermonis instruxerit. Petrus quoq; Apostolus eius do
cuerit ideo persecutões fieri: ut probemur & ut dilectioni dei iustorũ præ/
cedẽtiũ exẽplo: nos etiã morte & passionibus copulemur. Posuit enim i epi
stola sua dicens. Carissimi nolite mirari ardorẽ accidentẽ uobis: q ad tenta
tionẽ uestrã fit: nec excidatis tãquam nouũ uobis cõtingat: sed quotiẽs cõ
municatis Christi passionibus: p omnia gaudete: ut & in reuelatione facta
claritatis eius gaudentes exultetis. Si impropatur uobis i nomine Christi:
beati estis: qa magiestatis & uirtutis domini nomẽ i uobis req̃scit. Q uod
quidẽ secundũ illos blasphematur: secundũ nos aũt honoratur. Docuerũt
autẽ uos Apostoli ea: quæ de præceptis dominicis & cælestibus mandatis
ipsi quoq; didicerũt: domino ipso scilicet corroborante nos & dicente. Ne
mo ẽ inq̃t: q relinquat domũ: aut agrũ: aut parẽtes: aut fratres: aut uxorẽ:
aut filios propter regnum dei: & non recipiat septies tantum in isto tempo
re: in sæculo autem uenturo uitam æternam: & iterum. Beati iquit eritis:
cũ odio uos habuerint hoies: & sepauerint uos: & expulerit: & maledixerit

nomini uestro: quasi neq̃: propter filiũ hominis. Gaudete in illa die & exultate: ecce enim merces uestra multa est in cælo. Gaudere nos & exultare uoluit in pſecutionibus dominus: q̃a quando perſecutiones fiunt: tunc dant coronæ fidei: tunc probantur milites det: tũc Martyribus patẽt cæli. Neq; enim ſic nomẽ militiæ dedimus: ut pacẽ tantũmodo cogitare: & detractare ac recuſare militiã debeamus: quãdo in ipſa militia primus ambulauerit dominus: humilitatis & tolerãtiæ & paſſionis magiſter: ut qđ fieri docuit: prior faceret: & q̃ pati hortatur: prior pro nobis ipſe pateret. Sit ante oculos frẽs dilectiſſimi: q; q̃ omne iudiciũ e patre ſolus accepit: & q uenturus ẽ iudicaturus: iã iudicii ſui & cognitionis futuræ ſententiam prætulerit: prenuncians & cõteſtans cõfeſſurum ſe corã patre ſuo cõfitentes: & negaturũ negãtes. Si mortẽ poſſemus euadere: merito mori timeremus. Porro autẽ cum mortalẽ mori neceſſe ſit: amplectamur occiſionẽ de diuina promiſſione & dignatione uenientẽ: & fungamur exitu mortis cũ præmio immortalitatis: nec uereamur occidi: quos cõſtet quãdo occidimur: coronari. nec q̃ſ quam frẽs dilectiſſimi: cũ populum noſtrũ fugari conſpexerit metu pſecutionis & ſpargi: cõturbetur: quod collectam fraternitatem non uideat: nec tractantes Epiſcopos audiat. Simul tunc oẽs eſſe non poſſunt: q̃bus occidere non licet: ſed occidi neceſſe eſt. Vbicunq; in illis diebus unuſq̃ſq; fratrum fuerit a grege interim hac neceſſitate tẽporis corpore non ſpiritu ſeparatus: nõ moueatur ad fugæ illius horrorẽ: nec recedens & latens ſollicitudine deſerti loci terreatur: Solus nõ eſt: cui Chriſtus in fuga comes eſt. Solus nõ eſt: qui tẽplum dei ſeruans ubicunq; fuerit: ſine deo non eſt. Et ſi fugientẽ in ſolitudine ac montibus latro oppreſſerit: fera inuaſerit: fames ac ſitis aut frigus afflixerit: uel per maria precipiti nauigatione properantem tẽpeſtas aut procella ſubmerſerit: expectat militẽ ſuũ Chriſtus ubicunq; pugnantẽ: & pſecutionis cauſa pro nominis ſui honore morienti premiũ reddit: quod daturum ſe in ſurrectione promiſit. Nec minor eſt Martyrii gloria: nõ publicæ & inter multos periſſe: cũ pereundi cauſa ſit propter Chriſtum perire. Sufficit ad teſtimoniũ Martyrii ſui teſtis ille: qui probat Martyres & coronat. Imitemur fratres dilectiſſimi Abel iuſtum: qui initiauit martyria: dum propter iuſticiam primus occiditur. Imitemur Abrahã, dei amicum: qui non eſt contatus: ut filium ſuis manibus offeret: dum deo fide deuotionis obſequitur. Imitemur tres pueros Ananiam Azariam & Miſahelem: qui nec ætate territi: nec captiuitate fracti: Iudea deuicta & Hyeroſolimis captis: in ipſo regno ſuo regem fidei uirtute uicerunt: qui adorare ſtatuam: quam Nabuchodonoſor Rex fecerat iuſſi: & minis regis & flãmis fortiores extiterunt: proclamãtes & fidẽ ſuam per hæc uerba teſtãtes.

Nabuchodonoſor Rex non opus eſt nobis de hoc uerbo reſpondere tibi. Eſt enim deus: cui nos ſeruimus potens eripere nos de camino ignis arden/tis: & de manibus tuis Rex liberabit nos (& ſi non notum ſit tibi) quia diis tuis non deſeruimus: & imaginem auream: quam ſtatuiſti nō adorabimus. Credebant ſe illi ſecundum fidem poſſe euadere: ſed addiderunt & ſi non: ut ſciret Rex illos propter deum: quem colebant & mori poſſe. Hoc eſt eni robur uirtutis & fidei: credere & ſcire q̄ deus a morte preſēti liberare poſ/ſit: & tamen mortē non timere nec credere: ut probari potius fides poſſit. Erupit per os eorum ſpiritus ſancti incorruptus & in uictus uigor: ut appa reat uera eſſe: quæ in Euangelio ſuo dominus edixit dicēs. cum autem uos apprehenderint: nolite cogitare quid loquamini. Dabitur enim uobis in il la hora quid loquamini. Non enim uos eſtis qui loquimini: ſed ſpiritus pa triſ ueſtri qui loquitur in uobis. Dixit quid loqui & reſpōdere poſſimus da ri nobis in illa hora diuinitus & offerri: nec nos tunc eſſe qui loquimur: ſed ſpiritum dei patris: qui cum a confitentibus non diſcedit neq̄ diuidit̄: ip/ſe in nobis & loquitur & coronatur. Sic & Daniel: cum compelleretur ado rare idolum Bel: quem tunc & Rex & populus colebant: in afferendum dei ſui honorem plena fide & libertate prorupit dicens. Nihil colo ego niſi do minum deum meum: qui condidit cælum & terram. Quid in Machabeis beatorū Martyrum grauia tormenta: & multiformes ſeptem fratrum pœ/næ: & confortans liberos ſuos mater in pœnis: & moriens ipſa quoq̄ cū li/beris? Nonne magnæ uirtutis & fidei documenta teſtantur: & nos ad Mar tyrii triumphum ſuis paſſionibus adhortantur? Quid prophetæ quos ad preſcientiam futurorum ſpiritus animauit? Quid Apoſtoli quos dominus elegit? Nonne cum iuſti occiduntur propter iuſticiam: mori nos quoq̄ do/cuerunt? Chriſti natiuitas a martyriis infantum ſtatim cæpit: ut ob nomen eius a bimatu & infra qui fuerant: necarentur. Aetas necdum abilis ad pu gnam idonea extitit ad coronam. Vt appareret innocētes eſſe: qui propter Chriſtum necantur: infantia innocens ob nomen eius occiſa eſt. Oſtenſum eſt neminem eſſe a periculo perſecutionis immunem: quando & tales Mar tyria fecerunt. q̄ uero grauis cauſa ſit hominis Chriſtiani ſeruum pati nol/le: cum paſſus ſit prior dominus: & pro peccatis noſtris nos pati nolle: cū peccatum ſuum proprium ille non habens paſſus ſit ille p̄ nobis? Filius dei paſſus eſt: ut nos filios dei faceret: & filius hominis pati nō uult: ut eſſe dei filius perſeueret? Si odio ſæculi laboramus: odiū ſæculi ſuſtinuit prior chri ſtus. Si contumelias in hoc mundo: ſi fugam: ſi tormenta toleramus: gra/uiora expertus eſt mundi factor & dominus: qui & admonet dicēs. Si ſæcu lum inq̄t uos odit: mementote quoniā me primo odit. Si de ſæculo eſſetis:

sæculum quod suum esset amaret. Sed quia de sæculo non estis: & ego elegi uos de sæculo: propterea odit uos sæculum. Mementote sermonis quem dixi uobis: non est seruus maior domino suo. Si me persequuti sunt: & uos persequentur. Dominus & deus noster quicquid docuit & fecit: ut discipulus excusatus esse non possit: qui discit & non facit. Neq; aliquis ex uobis fratres dilectissimi futuræ persecutionis metu: aut Antichristi imminentis aduentu sic terreatur: ut non Euangelicis exhortationibus & præceptis monitis cælestibus ad omnia inueniatur armatus. Venit Antichristus: sed superuenit & Christus. Grassatur & seuit inimicus: sed & statim sequitur dominus passiones nostras & uulnera uindicaturus. Irascitur aduersarius & minatur: sed est qui possit de eius manibus liberare. Ille metuendus est: cuius iram nemo poterit euadere: ipso premonente & dicente. Ne timueritis eos: qui occidunt corpus: animam autem non possunt occidere. Magis autem metuite eum: qui potest & animam & corpus perdere in gehẽna. Et iterum. Qui amat animam suam: perdet illam: & qui odit animam suam in isto sæculo: in uitam æternam conseruabit illam. Et Apocalypsis instruit & premonet dicens. Si quis adorat bestiam & imaginem eius: & accipit notam in fronte sua & in manu: bibet & ipse de uino iræ dei mixto in poculo iræ eius: & punietur igne & sulphure sub oculis sanctorum angelorũ: & sub oculis agni: & fumus de tormentis eorum ascendit in secula seculorum. nec habebunt requiem die ac nocte: quicunq; adorant bestiam & imaginem eius. Ad agonem sæcularem & exercẽtur homines & parantẽ: & magnam gloriam computant honoris sui: si illis spectante populo & Imperatore præsente contingerit coronari. Ecce agon sublimis & magnus & coronæ cælestis præmio glorioſius: ut spectet nos certantes deus: & super eos quos filios facere dignatus est: oculos suos pendens certaminis nostri spectaculo perfruatur. Præliantes nos & fidei congressione pugnãtes spectat deus: spectant angeli eius: spectat & Christus. Quãta est gloriæ dignitas: quanta fœlicitas præside deo congredi: & Christo iudice coronari? Armemur fratres dilectissimi uiribus totis: & paremur ad agonem mente incorrupta: fide integra: uirtute deuota. Ad aciem quæ nobis indicitur: castra dei procedant. Armentur integri: nec perdat integer q̃ nuper stetit. Armẽtur & lapsi: ut & lapsus accipiat quod amisit. Integros honor: lapsos dolor ad prœlium ꝓuocet. Armari & pari nos beatus Apostolus docet dicẽs: nõ est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem: sed aduersus potestates & principes huius mundi & harum tenebrarum: aduersus spiritus neqtiæ in cælestibus. Propter quod induite tota arma: ut possitis resistere in die neqssimo: ut cũ omnia perfeceritis: stetis accincti lũbos uestros in ueritate:

induti loricam iusticiæ: & calciati pedes in præparatione Euangelii pacis: assumentes scutum fidei: in quo possitis omnia ignita iacula nequissimi extinguere: & galeam salutis: & gladium spiritus: qui est sermo dei. Hæc arma sumamus: his nos tutamentis spiritalibus & cælestibus muniamus: ut in die nequissimo resistere diaboli minis & repugnare possimus. Induamur loricam iusticiæ: ut contra inimici iacula munitum sit pectus & tutum. Calciati sint Euãgelico magisterio & armati pedes: ut cum serpẽs calcari a nobis & obteri cœperit: mordere & supplantare non possit. Portemus fortiter scutum fidei: quo protegente quicquid iaculatur inimicus possit extingui. Accipiamus quoq; ad tegmentum capitis galeam spiritalem: ut muniantur aures: ne audiant edicta feralia. Muniantur oculi: ne uideant detestanda simulacra. Muniatur frons: ut signum dei incolume seruetur. Muniatur os: ut dominum suum Christum uictrix lingua fateatur. Armemus & dexteram gladio spiritali: ut sacrificia funesta fortiter respuat: ut Eucharistiæ memor: quæ domini corpus accepit: ipsum complectatur postmodũ dominum suptum præmium cælestiũ coronarum. O dies ille qualis & quãtus aduenier fratres dilectissimi: cum cœperit populum suum dominus recensere: & diuinæ cognitionis examine singulorum merita recognoscere. Mittere in gehennam nocentes: & persecutores nostros flammæ pœnalis perpetuo ardore damnare: nobis uero mercedem fidei & deuotionis exolure. Q uæ erit illa gloria & quanta lætitia admitti: ut deum uideas honorari: ut cum Christo domino deo tuo salutis ac lucis æternæ gaudium capias: Abram & Isaac & Iacob & Patriarchas omnes & Prophetas & Apostolos & Martyres salutare: cum iustis & dei amicis i regno cælorum datæ immortalitatis uoluptate gaudere: sumere illic: quod nec oculus uidit: nec auris audiuit: nec in cor hominis ascẽdit? Maiora enim nos accipere: q̃ quod hic aut operemur: aut patimur Apostolus prædicat dicens. Non sunt condignæ passiones huius temporis ad superuenturam claritatem: quæ reuelabitur in nobis. Cum reuelatio illa uenerit: cum caritas super nos dei fulserit: iam beati erimus: & læti dignatione domini honorati. Q uam rei remanebunt & miseri: qui dei desertores: aut contra deum rebelles uoluntatem fecerunt diaboli: ut eos necesse sit cum ipso simul inextinguibili igne torqueri? Hæc fratres dilectissimi hæreãt cordibus uestris. Hæc sit armorum nostrorum preparatio. Hæc diurna ac nocturna meditatio: ante oculos habere: & cogitatiõe semper ac sensibus uoluere iniquorum supplicia: & præmia ac merita iustorum. Q uid negantibus dominus comminetur ad pœnam: quid contra confitentibus promittat ad gloriam. Si hæc cogitantibus ac meditantibus nobis persecutionis dies superuenerint: miles Christi

preceptis eius & monitis eruditus non expaueſcit ad pugnam: ſed paratus eſt ad coronam. Opto uos fratres cariſſimi ſemper bene ualere.

Ad Magnum de his qui in lecto gratiam conſequuntur: Vbi inſinuat quæcunq; tempore gratiam dei perfectione non carere dum ab ægro fides non exulat.

Veſiſti etiam frater cariſſime quid mihi de illis uideatur: qui in infirmitate & languore gratiam dei conſequuntur: An habendi ſint legitimi Chriſtiani: eo q; aqua ſalutari non loti ſint ſed perfuſi. Qua in parte nemini uerecundia & modeſtia noſtra præiudicat: quo minus unuſquiſq; quod putauerit ſentiat: & quod ſenſerit faciat. Nos quantum concipit mediocritas noſtra æſtimamus i nullo mutilari & debilitari poſſe beneficia diuina: nec minus aliquid illic poſſe contingere: ubi plena & tota fide & dantis & ſumentis accipitur: quod diuinis muneribus hauritur. Neq; enim ſic is ſacramento ſalutari delictorum contagia: ut in lauacro carnali & ſæculari ſordes cutis & corporis abluuntur: ut & afronitris & cæteris quoq; adiumentis & dolio & piſcia opus ſit: quibus ablui & mũdari corpuſculum poſſit. Aliter pectus credentis abluitur: aliter mens hominis per fidei merita mundatur. In ſacramentis ſalutaribus neceſſitate cogente & deo indulgentiam ſuam largiente totum credentibus conferunt diuina compendia. Nec quem quam mouere debet: q; aſpergi uel perfundi uidentur ægri: cum gratiam dominicam conſequuntur: quando ſcriptura ſancta per Ezechielem prophetam loquatur & dicat. Et aſpergam ſuper uos aquam mundam: & mundabimini ab omnibus immundiciis ueſtris: & ab omnibus ſimulachris ueſtris: & mundabo uos & dabo uobis cor nouum: & ſpiritum nouum dabo in uobis. Item in numeris. Et homo qui fuerit immundus uſq; ad ueſperam: Hic purificabitur die tertio & die ſeptimo: & mundus erit. Si autem non fuerit purificatus die tertio & die ſeptimo: non erit mundus. & exterminabitur anima illa de Iſrahel: quoniam aqua aſperginis non eſt ſuper eũ aſperſa. & iterum. Et locutus eſt dominus ad Moyſen dicens. Accipe Leuitas de medio filiorum Iſrahel & purificabis eos. Et ita facies eis purificationem eorum: Circunſpergens eos aqua purificationis. Et iterum. Aqua aſperſionis purificatio eſt. Vnde apparet aſperſionem quoq; aquæ inſtar ſalutaris lauacri obtinere. & quando hæc in Eccleſia fiunt: ubi ſit & accipientis & dantis fides integra: ſtare omnia & conſumari ac perfici eos ſalutari aqua & fide legitima Chriſti gratiam conſecutos non

posse magiestate domini & fidei ueritate. Porro autem quod quidam non christianos sed Clinicos uocant: non in uenio unde hoc nomen assumant: nisi forte qui plura & secretiora legerunt apud Hippocraten uel Soranum Clinicos istos deprehenderunt. Ego enim qui Clinicum de Euangelio noui scio Paralytico illi & debili per longa ætatis curricula in lecto iacenti nihil infirmitatem suam obfuisse: quo minus ad firmitatem cælestem pleniſſimæ perueniret. Nec tantum indulgentia dominica excitatum de grabato esse: sed ipsum grabatum suum repatis & uegetatis uiribus sustulisse. Et id circo q̃tum fide concipere & sentire nobis datur: mea sententia hæc est: ut Christianus iudicetur legitimus quisquis fuerit in Ecclesia lege & iure fidei diuinam gratiam consecutus. Aut si aliquis existimat eos nihil cõsecutos: eo q̃ ab aqua salutari tantum perfusi sint: si inanes & uacui sint: non decipiantur ut si incommodum langoris euaserint non baptizentur. Si autem baptizari non possunt: qui iã baptismo Ecclesiastico sanctificati sunt: cur in fide sua & domini indulgentia scandalizantur? An consecuti sũt quidẽ gratiam dominicam: sed breuiore & minore mensura muneris diuini ac spiritus sancti: ut habeantur quidem christiani: non sint tamen cæteris adæquandi? Q uinimo spiritus sanctus non de mensura datur: sed super credẽtem totus infunditur. Nam si dies omnibus æqualiter nascitur: & si sol supomnes pari & æquali luce diffunditur: quãtomagis Christus sol & dies uerus in Ecclesia sua lumen uitæ eternæ pari æqualitate largitur? Cuius æqualitatis sacramentum uidemus in Exodo esse cælebratum: cum de cælo manna deflueret: & futurorum præfiguratione alimẽtum panis cælestis cibum Christi uenientis ostenderet. Illic enim sine discrimine uel sexsus: uel ætatis Gomor a singulis æqualiter colligebatur: Vnde apparebat Christi indulgẽtiam & cælestem gratiam postmodum secuturam æqualiter omnibus diuidi sine sexus uarietate: sine annorum discrimine: sine acceptione personæ super omnem dei populum spiritalis gratiæ munus infundi. Plane eadem gratia spiritalis: quæ æqualiter in baptismo a credentibus sumitur: in conuersatione atq; actu nostro postmodum uel minuitur uel augetur: ut in Euangelio dominicum semen æqualiter seminatur: sed pro uarietate terræ aliud absumitur: aliud in multiformem copiam uel tricesimi: uel sexagesimi: uel centesimi numeri fructu exuberante cumulatur. Adhuc uero cum singuli ad denarium uocentur: quid est: ut quod a deo æqualiter distribuitur humana interpretatione minuatur? Q uod si aliquis in illo mouetur: q̃ quidam de iis: qui ægri baptizantur: spiritibus adhuc immundis tentantur: sciat diaboli nequiciam pertinacem usq; ad aquam salutarem ualere. In baptismo uero omnes nequitiæ suæ uires amitterere:

Quod exemplum cernimus in rege Pharaone: qui diu reluctatus & in sua perfidia demoratus: tandiu resistere potuit & prævalere: donec ad aquam veniret: quo cum venisset & victus est & extinctus. Mare autem illud sacramentum baptismi fuisse: declarat Beatus Apostolus Paulus dicens. Nolo enim vos ignorare fratres: quia patres nostri omnes sub nube fuerũt: & oẽs p mare transierunt: & omnes in Moyse baptizati sunt in nube & i mari. & addidit dicens. Hæc autẽ omnia figuræ nostræ fuerunt. Quod hodie etiã geritur: ut per exorcistas voce humana & potestate divina flagellet & uratur: ut torqueatur diabolus. Et cum exire se & hoies dei dimittere sæpe dicat: & in eo tamen quod dixerit fallat: & id quod p Pharaonem prius gestũ est: eodem mendacio obstinationis & fraudis exerceat: Cum tamẽ ad aquã salutarẽ atq; ad baptismi sanctificationem venitur: scire debemus & fidere quia illic diabolus opprimit: & homo dicatus divina indulgentia liberat. Nã sicut scorpii & serpentes: qui in sicco prævalent: in aquam precipitati prævalere non possunt: aut sua venena retinere: sic & spiritus nequam: qui scorpii & serpentes appellantur: & tamen per nos data a domino potestate calcantur: permanere ultra non possunt in hominis corpore: in quo baptizato & sanctificato incipit spiritus sanctus habitare. Hoc deniq; & rebus ipsis experimur: ut necessitate urgente in ægretudine baptizati & gratiam consequuti careant immundo: quo antea movebantur: & laudabiles ac probabiles in Ecclesia viuant: plusq; p dies singulos in augmẽtum cælestis gratiæ per fidei incrementa proficiant. Et contra sæpe nonnulli de illis: qui sane baptizantur si postmodum peccare cœperint: spiritu immundo redeunte quatiuntur: ut manifestũ sit diabolum in baptismo fide credentis excludi: si fides postmodum defecerit regredi. Nisi si iustum quibusdam videt: ut illi qui extra Ecclesiam apud aduersarios & Antichristos profana aqua polluuntur baptizati iudicentur: Hi vero qui in Ecclesia baptizantur minus indulgentiæ & gratiæ divinæ consecuti esse videantur: & tãtus honor habeatur hæreticis: ut inde venientes non interrogẽtur utrũne loti sint an profusi? utrũne Clinici sint an peripatetici? apud nos autem de itegra fidei veritate detrahatur: & baptismo ecclesiastico magiestas sua & sanctitas derogetur. Rescripsi fili carissime ad litteras tuas quantum parua nostra mediocritas valuit: & ostendi quod nos quantum in nobis est sentiamus. Nemini præscribẽtes quominus statuat qd̃ putat unusquisq; præpositus actus sui rationem domino redditurus. Secundum q̃ Beatus Apostolus Paulus in epistola sua ad romanos scribit & dicit. Vnusquisq; nostrum pro se rationem dabit. Non ergo nos invicem iudicemus. Opto te fili carissime semper bene valere.

Ad Corneliũ papã: i qua d' lr̃is ad preſbyteros miſſis ſe purgat: & cũcta ad illius dignitatẽ feciſſe oſtendit.

Yprianus Cornelio fratri ſalutem. Legi litteras tuas frater cariſſime: quas p primitiuũ Cõpreſbyterũ noſtr̃ miſiſti: i qbus te cõperi motũ: q̃ cũ de Adrumetina colonia Polycarpi noĩe ad te litteræ dirigerent̃: poſteaq̃ nos Ego & Liberalis i eũdẽ locũ ueniſſemus: cœpiſſẽt illuc ad preſbyteros & diaconos litteræ dirigi. Quod ſcire te uolumus & p certo credere nulla leuitate aut cõtumelia factũ. Sed cũ ſtatuiſſemus cõplures: q̃ i unum cõueneramus: ut legatis ad uos Coepiſcopis noſtris Caldonio & Fortunato miſſis: oĩa interĩ itegra ſuſpẽderent̃: donec ad nos idẽ Collegæ noſtri rebus illic aut ad pacẽ redactis: aut p ueritate cõpertis redirẽt. Preſbyteri & Diaconi i Adrumẽtina cõſiſtẽtes: Polycarpo Coepiſcopo noſtro abſente: ignorabãt qd nobis in cõmune placuiſſet. At ubi nos i præſẽti uenimus: cõpto cõſilio noſtro: ipſi quoq; id qd' & cæteri obſeruare cœperũt: ut in nullo Eccleſiar̃ iſtic cõſiſtentiũ cõſenſio diſcreparet. Quidã tamen mentes non nunq̃ & aĩos ſermonibus ſuis turbant: dum aliter quædã q̃ ſe habet ueritas nunciant: Nos enĩ ſingulis nauigantibus: ne cũ ſcãdalo ullo nauigarẽt: rationẽ reddiſſe nos ſcimus: & hortatos eẽ ut Eccleſiæ Catholicæ matricẽ & radicẽ agnoſcerẽt ac tenerent. Sed quoniã latius fuſa ẽ noſtra p̃uincia: hẽt etiã Numidiã & Mauritaniã ſibi coherentes: ne i urbe ſciſma factũ abſenti um aĩos incerta opinione cõfunderet: Placuit ut p Epiſcopos retenta a nobis rei ueritate ad comprobãdã ordinationẽ: tua facta auctoritate maiore: tũc demũ ſcrupulo omni de ſingulor̃ pectoribus excuſſo: p oẽs omnino in p̃uincia iſta poſitos litteræ fierent: ſicut fiũt: ut te uniuerſi Collegæ noſtri & cõmunicationẽ tuã: id eſt Catholicæ Eccleſiæ unitatẽ pariter & caritatẽ p̃barent firmiter ac tenerent. Quod diuinitus eueniſſe & conſilium noſtr̃ prouidenter proceſſiſſe gaudemus: Sic enĩm nunc Epiſcopatus tui & ueritis pariter & dignitas apertiſſima luce & manifeſtiſſima & firmiſſima eſt cõfirmatione fũdata: ut & ex reſcriptis collegarum noſtrorum: qui ad nos litteras inde fecerunt: & ex relatione ac teſtimoniis Coepiſcoporum Pompeii & Stephani & Caldonii ac Fortunati ordinatõnis tuæ & origo neceſſaria: & ratio iuſta: & glorioſa quoq; innocentia ab omnibus noſceretur. Quod ut ſimul cum cæteris quoq; Collegis noſtris ſtabiliter ac firmiter adminiſtremus: atq; ut Catholicæ Eccleſiæ concorditer unanimitatem teneamus perficiat diuina protectione: ut dominus qui ſacerdotes ſibi i Eccleſia ſua uoluntate atq; opitulatione tueatur. Gubernanter inſpirans ac ſubminiſtras: & ad improborum contumaciam frenandam uigorem: & ad lapſorum fouendã pœnitentiam lenitatem. Opto te frater cariſſime ſemp bene ualere.

Ad Florentium Pupianum: ubi dolens q̄ temere de obtrectatoribus crediderit: se purgat: & animi illius lenitatē ostendit.

Yprianus qui & Thascius Florentio cui & Pupiano fratri salutē. Ego te frater crediderā tandē iā ad pœnitentiam cōuerti: q̄ in præteritū tam infanda: tā turpia: tā etiā gentilibus execranda: aut audisses de nobis temere: aut credidisses. Porro autē etiam nunc iu litteris tuis animaduerto te adhuc esse: q̄ prius fueras: eadē te de nobis credere: & in eo quod crediderās: perseuerare: & ne forte claritatis & martyrii tui dignitas nostra cō/ municatione maculetur: mores nostros diligenter inq̄rere: & post deum iudicem: qui sacerdotes facit: te uelle nō dicam de me (quantus enī ego) Sed de dei & Christi iudicio iudicare. Hoc est in deū non credere: hoc est rebellem aduersus Christū & aduersus Euangelium eius existere: & cū ille dicat. nōne duo passeres asse uenerūt: & neuter eorū cadit in terrā sine patris uoluntate? & probet magiestas eius & ueritas sine consensu & promissu dei ēt minima non fieri: tu existimes Sacerdotes dei sine cōsensu eius in Ecclesia ordinari? Nā credere q̄ indigni & incerti sint: q̄ ordinantur: qd aliud est q̄ credere q̄ nō a deo nec per deū Sacerdotes eius i Ecclesia cōstituantur? An putas eē maius: esse de me meū: q̄ dei testimoniū? cū dominus ipse doceat & dicat testimoninm nō esse uerum: si quis ipse de se testis existat: eo quod unusquisq; utiq; sibi faueat: nec contra se aliquis infesta & aduersa depro/ mat. fides uero sincera sit ueritatis: si in predicatoribus nostris alius sit predicator ac testis? Si testimonium inquit dixero de me: testimonium meum non est uerum. Alius est enim qui testis est de me. Q uod si ipse dominus: qui omnia postmodum iudicaturus sit: noluit de testimonio suo sibi credi: sed maluit de iudicio ac testimonio dei patris probari: quanto magis hoc seruos eius obseruare oportet: qui iudicio ac testimonio dei nō probantur tantum: sed etiam gloriantur? Prævaluit autem apud te contra diuinam sē tentiam & contra conscientiam nostram dei iuribus nixam inimicorum & malignorum commentum: quasi apud lapsos & profanos & extra Ecclesi/ am positos: d' quorum pectoribus excesserit spūs sanctus: esse aliud possit nisi mens praua: & fallax lingua: & odia uenenata: & sacrilega mendacia: quibus qui credit: cum illis necesse est inueniatur: cum iudicii dies uenerit. Q uod uero dixisti Sacerdotes humiles esse debere: qa & dominus & Apostoli humiles fuerunt. humilitatē meam & frēs omnes & gentiles quoq; optime norunt & diligunt: & tu quoq; noueras & diligebas: cum adhuc in Ecclesia esses: & mecum communicares. Q uis autē nostrum longe est ab humilitate utrūne ego: qui quottidie fratribus seruio: & ueniētes ad Ecclesiā

singulos benignæ & cũ uoto & gaudio suscipio: an tu q te Episcopũ episco
pi & iudicẽ iudicis ad tẽpus a deo dati cõstituis? cũ dominus deus ĩ Deute
ronomio dicat: & hõ qcunq; fecerit in supbia: ut nõ exaudiat Sacerdotem
aut iudicẽ qcũq; fuerit ĩ diebus illis: morietʼ hõ ille: & oĩs populus cũ audie
rit timebit: & nõ agent ĩpie etiã nunc? Et iterũ ad Samuel loqtʼ & dicit. Nõ
te spreuerũt: sed me spreuerũt. & adhuc dominus ĩ Euãgelio: cũ ei dictum
esset. sic respõdes põtifici? custodiẽs & docẽs sacerdotalẽ honorem seruari
oportere: cõtra Põtificẽ nihil dixerit: sed innocentiã suam tantũmodo pur
gans respõderit dicẽs: Si male locutus sũ: exprobra de malo. Si aũt bene:
qd me cedis? Itẽ Beatus Apostolus: cũ ei dictũ esset. Sic insilis in Sacerdo
tẽ dei maledicẽdo? nihil cõtumeliose locutus sit aduersus Sacerdotẽ. Quã
do & potuerit se cõstãter exerere aduersus eos: q dominũ crucifixissent: &
q iã deũ: & Christũ: & tẽplũ: & sacerdotiũ ꝑdidissent. Sed quãuis in falsis
& spoliatis Sacerdotibus umbrã tamẽ ipsã inanẽ sacerdotalis noĩs cogitãs
dixerit. Nesciebã frẽs qa pontifex est: scriptũ est enĩ. Prĩcipẽ plebis tuæ nõ
maledices. Nisi si Sacerdos tibi fui ante ꝑsecutionẽ: q̃do mecũ cõmunica/
bas: sed post ꝑsecutionẽ Sacerdos esse desiui. Persecutio enĩ te uenientẽ ad
sũmã martyrii sublimitatem ꝓuexit. Me aũt ꝓscriptionis onere depressit:
cũ publicæ legeretʼ. Si qs tenet uel possidet de bonis Cæcilii Cypriani Epi
scopi Christianoꝝ: ut etiã q nõ credebant deo Episcopũ cõstituẽti: uel dia/
bolo crederẽt Episcopũ ꝓscribenti. Nec hoc iacto: sed dolens ꝓfero: cum
te iudicẽ dei cõstituas & Christi: q dicit ad Apostolos: ac ꝑ hoc ad oẽs Præ
positos: q Apostolis uicaria ordinatione succedũt. Qui audit uos: me au
dit. Et qui me audit: audit eũ qui me misit. Et qui reiicit uos: me reiicit: &
eum qui me misit. Vnde enim scismata & hæreses obortæ sunt & oriuntur:
nisi dum Episcopus: qui unus est: & Ecclesiæ præest: supba quorũdã præ/
sũptione cõtẽnitʼ: & hõ dignatione dei honoratus ab indignis hoĩbus iudi
catʼ? Qui enĩ hic ẽ supbiæ tumor: quæ arrogãtia animi: quæ mẽtis iflatio:
ad cognitionẽ suã Præpositos & Sacerdotes uocare? Ac nisi apud te purga
ti fuerimus: & sentẽtia tua absoluti: etiã sex annis nec fraternitas habuerit
Episcopũ: nec plebs Prepositũ: nec grex pastorem: nec Ecclesia gubernato
rẽ: nec Christus Antistitẽ: nec deus sacerdotẽ. Subueniat Pupianus & sen/
tentiã dicat: iudiciũ dei & Christi ĩ apertũ referat: ne tãtus fideliũ nũerus:
q sub nobis accersitus ẽ: sine spe salutis & pacis exisse uideatʼ. ne nouus cre
dentiũ populus nullã ꝑ nos cõsecutus eẽ baptismi gratiã & spũs sancti iudi
cetʼ: nec tot lapsis & pœnitẽtibus pax data & cõmunicatio nostra examina
tione cõcessa iudicii sui auctoritate soluatʼ. Annue aliq̃do & dignare ꝓnũ
ciare de nobis & Episcopatũ nostrũ cognitiõis tuæ auctoritate firmare: ut

deus & Christus eius agere tibi gratias possint: q̃ per te antistes & rector al
tari eor̃ piter & plebi restitutus sit. Apes habent regẽ & iudicẽ & ei fidẽ ser
uant. Latrones Mancipi obsequo pleno humilitatis obtẽperãt. Quãto sim
pliciores & meliores uobis brutæ pecudes: & muta animalia: & cruenti li
cet ac furẽtes inter gladios atq̃ iter arma prædones? Præpositus illic agno
scitur & timetur: quẽ nõ sententia diuina constituit: sed in quẽ factio pdita
& nocens caterua cõsentit. Dixisti sane scrupulũ tibi eẽ tollẽdũ de animo:
in quẽ incidisti. Sed tua mente & uoluntate sacrilega: dũ incesta: dũ ipia:
dũ nefanda cõtra fratrẽ: cõtra sacerdotẽ facile audis: & libẽter credis: alie
na mendacia quasi ppria & priuata defendis: nec recordaris scriptũ eẽ. Se
pi aures tuas spinis: & noli audire linguã neq̃. Et iterũ. Malus obaudit lin
guæ iniquor̃: Iustus aũt nõ intẽdit labiis mendacibus. Quare ĩ hunc scru
pulũ nõ inciderũt Martyres spũ scõ pleni: & ad cõspectũ dei & Christi eius
passioni tã proximi: q̃ ad Cyprianũ Episcopũ litteras d' carcere direxerũt:
Sacerdotẽ dei agnoscentes & cõtestantes ei? Quare ĩ hunc scrupulũ nõ in
dicerunt tot Episcopi College mei: q̃ uel cũ de medio recesserunt ꝓscripti
sunt: uel apprehensi in carcere & ĩ cathenis fuerunt: aut q̃ in exiliũ relegati
illustri itinere ad dominũ ꝓfecti sunt: Qui qbusdã locis animaduersi cæle
stes coronas de domini clarificatiõe sũpserũt? Quare ĩ hunc scrupulũ non
inciderũt de plebe ista nostra: quæ apud nos ẽ: & nobis de dei dignatiõe cõ
missa ẽ: tot cõfessores quæstionati & torti: & insigniũ uulnerũ & cicatricũ
memoria glorios? Tot uirgines integre: tot laudabiles uiduæ? Ecclesiæ de
niq̃ uniuersæ p totũ mundũ nobiscũ unitatis uinculo copulatæ? Nisi si oẽs
isti cõmunicãtes mecũ: secundũ qd̃ scripsisti: polluto ore nostro polluti sẽ.
Et si spẽ uitæ eternæ cõmunicationis nostræ cõtagione ꝓdiderunt. Pupia
nus solus integer: inuiolatus: sanctus: pudicus: q̃ nobis miscere se noluit: ĩ
paradiso atq̃ in regno cælorum solus habitabit. Scripsisti etiam q̃ Ecclesia
nunc propter me portionem sui ĩ disperso habeat: q̃do omnis Ecclesiæ po
pulus & collectus sit & adunatus: & indiuidua cõcordia sibi uinctus: & so
li illi foris remanserint: qui & si intus essent: eiiciendi fuerant: ne patiatur
dominus populi sui protector & tutor triticum de area sua diripi: sed solæ
possint paleæ de Ecclesia seperari: quãdo & Apostolus dicat. Quid enim
si exciderunt a fide quidam illorum: nunquid infidelitas illorum fidem dei
euacuauit? absit. Est enim deus uerax: omnis autem homo mendax. Et do
minus quoq̃ in Euangelio: cum eum loquentem discipuli derelinquerent:
conuersus ad duodecim dixerit. nunquid & uos uultis ire? Respondit ei
Petrus dicens. Domine ad quem ibimus? Verbũ uitæ eternæ habes: & nos
credimus & cognouimus quoniam tu es filius dei uiui. Loqtur illic Petrus:

&

ſuper quem edificanda fuerat Eccleſia: docens quia & ſi contumax ac ſuperba obaudire nolentium multitudo diſcedat: Eccleſia tamen chriſtianorum non recedit. & illi ſunt Eccleſia & plebs ſacerdoti adunata: & paſtori ſuo grex adherens. Vnde ſcire debes Epiſcopum in Eccleſia eſſe: & Eccleſiã in Epiſcopo. & ſi q̃ cum Epiſcopo nõ ſint: in Eccleſia non eſſe. & fruſtra ſibi blandiri eos: q̃ pacẽ cum ſacerdotibus dei non habentes obrepunt: & latẽter apud quoſdã communicare ſe credunt: quando eccleſia: quæ catholica una eſt: ſciſſa non ſit neq; diuiſa: ſed ſit utiq; connexa: & coherentium ſibi inuicem ſacerdotum glutine copulata. Quamobrem frater ſi magieſtatem dei: qui ſacerdotes ordinat: & Chriſti cogitaueris. Si chriſtũ: qui arbitrio & nutu ac præſentia ſua & præpoſitos ipſos & eccleſiã cum præpoſitis gubernat: aliquando reſpexeris: ſi de innocẽtia ſacerdotũ nõ humano odio: ſed diuino iudicio credideris: ſi temeritatis & ſuperbiæ atq; inſolertiæ tuæ agere uel ſero pœnitentiam ceperis: Si deo & Chriſto eius: quibus ſeruio: & quibus puro & immaculato ore ſacrificia & in perſecutione pariter & in pace indeſinenter offero: pleniſſime ſatiſfeceris: communionis tuæ poterimus habere rationem: manente tamen apud nos diuinæ cenſuræ reſpectu & metu: & prius dominum meum cõſulam an tibi pacem dari: & te ad communionem eccleſiæ ſuæ admitti ſua oſtenſione & admonitione permittat. Memini enim quid iam mihi ſit oſtenſum: imo quid ſeruo obſequẽti & timenti de dominica & diuina auctoritate præceptum: qui inter cætera quæ oſtendere & reuelare dignatus eſt: & hoc addidit. Itaq; qui Chriſto non credit ſacerdotem facienti: poſtea credere incipiet ſacerdotem uindicãti. Quanq̃ ſciam omnia ridicula & uiſiones ineptas quibuſdam uideri: ſed utiq; illis: qui malunt contra ſacerdotes credere q̃ ſacerdoti. Sed nihil mirum q̃do de Ioſeph fratres ſui dixerunt. Ecce ſomniator ille uenit. Nũc ergo uenite occidamus eum. & ſomniator poſtea quod ſomniauerat conſecutus ſit: & occiſores ac uenditores confuſi ſint: ut qui uerbis non crediſſent: factis poſtmodum crederent. De iis autem quæ tu egiſti uel in perſecutione uel in pace: ſtultum eſt ut uelim te iudicare: quando tu magis iudicem te noſtri conſtitueris. Hæc pro animi mei pura conſcientia: & domini dei mei fiducia reſcripſi. habes tu litteras meas: & ego tuas. In die iudicii ante tribunal Chriſti utrunq; recitabitur.

Ad Clerum de Numidico confeſſore preſbytero ordinato:

Yprianus preſbyteris & diacõibus & plebi uniuerſæ cariſſimis ac deſideratiſſimis fratribus ſalutem. Nunciandũ uobis fratres cariſſimi:

quod ptineat ad cõmunem leticiam & ad Eccleſiæ noſtræ maximam gloriam: exiſtimaui. Nam admonitos uos & inſtructos ſciatis dignatione diuina: ut Numidicus preſbyter aſcribatur preſbyteroꝝ carthaginenſiũ numero: & nobiſcũ ſedeat in clero luce clariſſima cõfeſſionis illuſtris: & uirtutis ac fidei honore ſublimis: qui hortatu ſuo copioſum martyrum numerũ lapidibus & flammis necatum ante ſe miſit. Q uiq; uxorem adherentem lateri ſuo concrematam ſimul cum cæteris (uel conſeruatam magis dixerim) lætus aſpexit. Ipſe ſemiuſtus latus: & lapidibus obrutus: & pro mortuo derelictus: dũ poſtmodũ filia ſollicito pietatis obſequio cadauer patris inqrit: ſemianimis inuẽtus: & refocillatus & extractus a comitibus: quos ipſe præmiſerat: remanſit inuitus. Sed remanendi (ut uidemus) hæc fuit cauſa: ut eum clero noſtro dominus adiungeret: & deſolatam quorũdam preſbyterorum noſtrorũ copiam glorioſis ſacerdotibus adornaret. Et promouebiẽ quidem dum tempus pmiſerit ad ampliorẽ locũ religionis ſuæ: quando in præſentia protegente domino uenerimus. Interim quod oſtenditur fiat: ut cum gratiarum actione ſuſcipiamus hoc dei munus: ſperantes de miſericordia domini eiuſmodi cõplura: ut redintegrato eccleſiæ ſuæ robore: tam mites & humiles faciat confeſſus noſtri honore florere.

Liber Beati Cypriani aduerſus iudeos ad Q uirinũ: cuius argumentum ſubſcripta epiſtola continet.

Yprianus Q uirino filio ſalutẽ. Obtẽperandũ fili cariſſime deſiderio tuo ſpiritali ipenſiſſima petitõe diuina magiſteria poſcẽti: qbus nos dominus p ſcripturas ſanctas erudire dignatus ẽ & inſtruere: ut a tenebris erroris abducti: & luce eius pura & cãdida luminati: uiã uitæ p ſacramenta ſalutaria teneamus. Et qdẽ ſicut petiſti ita a nobis ſermo cõpoſitus: & libellus cõpẽdio breuiter ad te digeſtus ẽ: ut quæ ſcribanẽ nõ copia latiore diffũderẽ: ſed q̃tũ mediocritas memoriæ ſuggerebat exceptus capitulis & annexis: neceſſaria quæq; colligerẽ: qbus nõ tã tractaſſe: q̃ tractatibus materiã præbuiſſe uideamur. Sed & legentibus breuitas huiuſmodi plurimum prodeſt: dũ non intellectũ legẽtis & ſenſũ liber lõgior ſpargit: ſed ſubtiliore cõpendio: id qdẽ legiẽ: tenax memoria cuſtodit. Cõplexus ſũ uero libellos duos pari æqualitate moderatos: unũ quo oſtendere nixi ſumus Iudeos ſecundum quæ fuerãt ante prædicta: a deo receſſiſſe: & indulgẽtiã domini: quæ ſibi & pridẽ data & i poſterũ pmiſſa fuerat: pdidiſſe. Succeſſiſſe uero i eorũ locũ Chriſtianos fide dominũ pmerentes: & de oĩbus gẽtibus ac de toto orbe uenientes. Itẽ libellus alius cõtinet Chriſti ſacramentũ: q; idẽ uenerit: qui ſecundũ ſcripturas ãnunciatus ẽ: & geſſerit ac pfecerit uniuerſa: qbus

qd tuae fidei ſcripturarum memoriq; tenax

intelligi & cognoſci poſſe predictus eſt. Quæ legẽti tibi interim ꝓſunt ad prima fidei liniamẽta formãda. Plus roboris tibi dabit: & magis ac magis intellectus cordis opabit ſcrutanti ſcripturas ueteres ac nouas plenius: & uniuerſa librorꝫ ſpiritaliũ uolumina plegenti. Nã nos nunc de diuinis fontibus ipleuimus modicũ: quod tibi interim mitteremus. Bibere uberius & ſaturari copioſius poteris: ſi tu quoqꝫ ad eoſdẽ diuinæ plenitudinis fontes nobiſcũ ꝓiter poturus acceſſeris. Opto te fili cariſſime ſemper bene ualere.

Capita Primi Libri.

Iudeos ĩ offenſã dei grauiter deliqſſe: qd̃ dominum dereliquerint: & Idola ſecuti ſint. .I.

Item quod prophetis non crediderint & eos interfecerint. .II.

Ante prædictum qd̃ dominum neqꝫ cogniturí: neqꝫ intellecturi: neqꝫ recepturi eſſent. .III.

Quod ſcripturas ſacras Iudei itellecturi nõ eſſẽt. Intelligi aũt haberent in nouiſſimis temporibus: poſtea q̃ Chriſtus ueniſſet: .IIII.

Nihil poſſe iudeos itelligẽ d̃ ſcripturis: niſi priuſ crediderit ĩ chriſtũ .V.

Quod Hieruſalẽ ꝓdituri eſſent: & terrã: quã acceperũt: relicturi. .VI.

Item quod eſſent amiſſuri lumen domini. .VII.

Quod circunciſio prima carnalis euacuata ſit: & ſecunda ſpiritalis repromiſſa ſit. .VIII.

Quod lex prior: quæ per Moyſen data eſt: ceſſatura eſſet. .IX.

Quod lex noua dari deberet. .X.

Quod diſpoſitio alia & teſtamentũ nouum dari haberet: .XI.

Quod baptiſma uetus ceſſaret: & nouum inciperet. .XII.

Quod iugum uetus euacuaretur: & iugum nouum oriretur. .XIII.

Quod paſtores ueteres ceſſaturi eſſent: & noui inciperent. .XIIII.

Quod domus & templum dei Chriſtus futurus eſſet: & ceſſaſſet templum uetus nouumqꝫ cepiſſet. .XV.

Quod ſacrificiũ uetus euacuarẽt: & nouũ celebrarẽt. .XVI.

Quod ſacerdotiũ uetus ceſſaret: & nouus ſacerdos ueniret: qui in æternũ futurus eſſet. .XVII.

Quod propheta alius: ſicut Moyſes: promiſſus ſit: ſcilicet qui teſtamentũ nouum daret: & qui magis audiri deberet. .XVIII.

Quod duo populi prædicti ſint maior & minor. i. uetus iudeorum: & nouus qui eſſet ex nobis. .XIX.

Quod Eccleſia: quæ prius ſterilis fuerat: plures filios habitura eſſet ex gẽtibus: q̃ quot Synagoga ante habuiſſet. .XX.

Quod gentes magis in Chriſtum creditуræ eſſent. .XXI.

Quod panẽ & calicẽ dnĩ & omnẽ gratiã eius amiſſuri eſſẽt Iudei: nos uero

accepturi & qđ Christianorũ nouũ nomẽ benedicet̃ i terris: .XXII.
Quod ad regnũ cælorũ magis gentes q̃ Iudei pueniãt: .XXIII.
Quod solo hoc Iudei accipe ueniã possit delictoꝝ suoꝝ: si sãguinẽ Christi occisi baptismo eius abluerint: & in Ecclesiam transeuntes præceptis eius obtemperauerint. .XXIIII.

Liber Primus.

Quod ipſe dictus ſit ouis & agnus: qui occidi haberet: & de ſacramento paſſionis. Apud Heſaiã. Sicut ouis ad uictimã adductus ẽ: & ſicut agnus coram tondentibus eum ſine uoce: ſic non apuit os ſuum. In humilitate iudicium eius ſublatum eſt. Natiuitatem eius quis enarrabit? Quoniã auferetur a terra uita eius: a facinoribus populi mei adductus eſt ad mortem: & dabo malos ꝓ ſepultura eius: & ipſos diuites pro morte eius: ꝙa facinus nõ fecit: neq; inſidias ore ſuo: ꝓpterea ipſe cõfitetur multos: & fortiũ diuidet ſpolia: propterea ꝙ tradita eſt ad mortẽ anima eius: & iter facinoroſos deputatus ẽ. Et ipſe peccata multoꝝ ptulit: & propter facinora illorum traditus eſt. Item apud Hieremiã. Domine ſignificaſti mihi & cognoſcam: tũc uidi meditationes eorum. Ego ſicut agnus ſine malicia ꝓductus ſũ ad uictimam. In me cogitauerunt cogitatum dicẽtes. Venite mittamus lignum ĩ pane eius & fraudemus a terra uitam eius: & non erit in memoria nomen eius amplius. In exodo deus ad Moyſen. Accipiãt ſinguli ouem per domũ Tribuum: ouem ſine uitio: perfectum maſculum anniculum & erit uobis. Ab agnis & hedis accipietis. Et occident illũ omne uulgus filiorũ iſrael ad ueperam: & accipient de ſanguine eius: & ponent ſuper duos poſtes: & ſuper limen in domibus: in quibus edent eum in ipſis. Et edent carnes iſtas nocte aſſatas igni: & azima cum latucis agreſtibus edent. Non edetis de eis cruda: neq; cocta in aqua: ſed aſſata igni: caput cum pedibus & intraneis: nihil derelinquentes ex his mane. Et oſſa non confringetis ex eo. Quæ autẽ relicta fuerint ab eo uſq; ĩ mane: igni crement᷑. Sic autẽ comedetis eũ. Lũbi ueſtri præcincti: & caligæ ueſtræ in pedibus ueſtris: & edetis eum feſtinãter: quia paſca domini eſt. Item in Apocalypſi. Et uidi in medio throni: & quattuor animalium: & in medio ſeniorum agnum ſtantem quaſi occiſum: habentem cornua. vii. & oculos. vii. qui ſunt ſeptem ſpiritus dei miſſi per orbem terræ. Et uenit & accepit librum de dextera ſedentis in throno. Et cum accepiſſet librum: quattuor animalia &. xxiiii. ſeniores proſtrauerunt ſe ante agnum: habentes ſinguli aureas citharas plenas odoramentis ſupplicationum: quæ ſunt orationes eorum: & cantauerunt nouum canticum dicentes. Dignus es domine accipere librum & aperire ſigna eius: quoniã occiſus es: & emiſti nos de ſanguine tuo ex omni tribu: & lingua: & popu-

lo: & natione: & eos regnum deo nostro: sacerdotesq; fecisti: & regnabunt super terram. Item in Euãgelio. Altera die uidit Ioannes Iesum uenientem ad se: & ait. Ecce qui aufert peccata mundi: .XV.

Quod idem lapis dictus sit. Apud Hesaiã sic dicit dominus. Ecce ego mitto in fundamẽta Syon lapidẽ preciosũ: sũmũ angularẽ honoratũ. Et q̃ crediderit in eũ: nõ cõfundet. Itẽ in psalmo. cxvii. Lapis quẽ reprobauerunt ædificantes: hic factus ẽ in caput anguli. A domino factus est iste: & est mirabilis in oculis nostris. Iste dies quẽ fecit dominus: exultemus & iocundemur i eo. O domine salua igitur: o domine dirige igit̃: benedictus ẽ qui uenit ĩ nomine domini. Itẽ apud Zachariã. Ecce ego adduco puerũ meum: ortus nomen ei ẽ: quoniã lapis: quẽ dedi ãte faciẽ Iesu: sup ipsum unũ. vii. oculi sunt. Item in Deuteronomio. Et scribes super lapidem omnem legem hanc manifeste nimis. Itẽ apud Iesu Naue. & accepit lapidem magnum & statuit eum illic contra dominum. Et ait Iesus ad populum. Ecce lapis iste erit uobis in testimonium: q̃ audieritis omnia: quæ dicta sunt a domino: q̃ ta locutus est ad uos hodie erit ipse uobis in testimonium in nouissimo die rum: quando recesseritis a deo uestro. Itẽ in actus apostolorum Petrus. Princeps populi: & seniores israel ecce nos interrogamur hodie a uobis sup benefacto hominis infirmi: in quo saluatus est. Sit uobis omnibus notum & omni populo Israhel: quia in nomine iesu christi Nazareni: quẽ uos crucifixistis: quẽ deus suscitauit a mortuis: in illo ipse in cõspectu uestro sanus adstitit: in alio autem nullo. Hic est lapis: qui contemptus est a uobis ædificãtibus: qui factus est in caput anguli. Non est enim nomen aliud sub cælo: ĩ quo oportet saluari nos. Hic est lapis in Genesi: quẽ ponit iacob ad caput suum: quia caput uiri Christus. & dormiens uidit scalam ad cælum pertingentem: in qua constitutus erat dominus: & angeli ascendebant: & descendebant: quem lapidem consecrauit & unxit: sacramento unctionis Christũ significans. Hic est lapis in Exodo: super quem sedit Moyses in cacumine collis: quando Iesu Naue contra Amalech dimicauit: & sacramento lapidis: & stabilitate sessionis Amalech superatus est ab Iesu: id est diabolus a Christo uictus est. Hic est lapis magnus in Regum primo: super quem posita est arca testamenti: quãdo eam ab Allophy remissam & redditam ĩ plaustro boues reportauerunt. Item hic est lapis in Regum quo Dauid frontem Goliæ percussit & occidit: significans diabolum & seruos eius inde prosterni: uicta scilicet ea capitis parte: quam signatam non habent. Quo signo nos tuti semper sumus & uiuimus. Hic est lapis: quem cum alienigenas israel uicisset statuit Samuel: & appellauit nomen eius Abennezer id est auxiliator: .XVI.

Q uod deinde idē lapis mōs fieret: & impleret totā terrā: Apud Danielē. Ecce imago nimis magna: & cōtēplatio eius imaginis metuēda & elata ſtabat cōtra te: cuius caput fuit ex auro bono: pectus & brachia eius argētea: uēter & femur erea: pedes aūt ex pte ferri: ex pte aūt fictiles: quoaduſq; ab ſciſſus ē lapis de monte ſine manibus cōcidentiū: & pcuſſit imaginē ſup pedes ferreos & fictiles: & cōminuit eos minutatim. Et factū eſt ſimul ferrum & teſta: & eramētum: & argentū: & aurū facta ſūt minuta quaſi palea: aut puluis i area æſtate: & uentilauit illa uentus: ita ut nihil remanſerit ex illis. Et lapis: qui percuſſit imaginē: factus ē mōs magnus: & ipleuit totā terrā.

Q uod i nouiſſimis tpibus idē mōs manifeſtaret: ſup .XVII. quē gentes uenirent: & in quē iuſti quiq; aſcenderēt. Apud Heſaiā. Et erit in nouiſſimis tpibus manifeſtus mons domus domini ſup uerticē montiū: & exaltabit ſup colles: & ueniens ſup illum oēs gentes: & ambulabunt multi & dicent. Venite aſcendamus i montē domini: & in domū dei Iacob: & nunciabit nobis uiā eius: & ābulabimus in illa. De Syon enī ꝓcedet lex: & uerbū domini ab Hieruſalē: & iudicabit inter gentes: & redarguet populū multū: & concident gladios ſuos in aratra: & lanceas ſuas i falces: & iā nō diſcent pugnare. Itē in Pſalmo. xxii. Q uis aſcendet i montē domini? & qs ſtabit i loco ſancto eius? Innocēs manibus & mūdus corde: q nō accepit in uano animā ſuam: & nō ſubdole iurauit proximo ſibi. Iſte accipiet benedictionē a domino: & miſericordiā a deo ſalutari. Q uod iſta natiuitas eoꝝ: .XVIII. qui eū quærunt: qui quærunt faciē dei iacob:

Q uod ipſe ſit ſponſus eccleſiā habēs ſponſā: de qua filii ſpiritaliter naſcerentur. Apud Iohel. Canite tuba in Syon: ſanctificate ieiuniū: & indicite curationē: aggregate populū. ſanctificate eccleſiā: excipite maiores natu: colligite paruulos lactātes: ꝓcedat ſponſus de cubili ſuo: & ſponſa de thalamo ſuo. Itē apud Hieremiā. Et auferā de ciuitatibus iuda: & de quadriuiis Hieruſalē uocem lætantiū: & uocē gaudentiū: uocē ſponſi: & uocē ſpōſæ. Itē in pſalmo: xviii. & ipſe uelut ſpōſus egrediens de thalamo ſuo. Exultauit ut gigas uiā currere: a ſūmo cæli egreſſio eius: & decurſio eius uſq; ad ſūmū eius: & nō eſt q lateat calorē eius. Itē in apocalypſi: Veni oſtēdā tibi nouā nuptā uxorē agni: & duxit me i ſpū in mōtē magnū: & oſtendit mihi ciuitatē ſanctā Hieruſalē deſcendentē de cælo: a deo habētē claritatē dei. Itē in euangelio. Vos mihi teſtes eſtis: quoniā dixi eis: q miſſi ſunt ab hieroſolymis ad me: ꝙa nō ſū chriſtus: ſed quoniā miſſus ſū ante illū. Q ui enim hēt ſponſā: ſponſus ē. Amicus āt ſponſi eſt: qui ſtat & audit eum: & gaudio gaudet propter uocē ſponſi: huius rei myſteriu oſtenſum eſt apud Ieſu Naue: q̄do iuſſus eſt excalciare ſe: ꝙ ſcilicet ſpōſus nō ipſe eſſet. Erat enim in

lege: ut quisquis nuptias recusaret: calciamentum deponeret: calciaretur uero ille: qui sponsus futurus esset. Et factum est cum esset iesus in agro le richo circunspexit oculis & uidit hominem stantem ante faciem suam: & frameam hærentem in manu eius: & dixit. Noster es an aduersariorum? Ille autem dixit. Ego sum dux uirtutis domini: nunc adueni. Et iesus cecidit ad terram & ait illi. Domine quid imperas famulo tuo? Et ait dux uirtutis domini. Solue calciamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est. Item in Exodo. Moyses iubetur calciamentum deponere: q̃ nec ipse sponsus esset. Et apparuit angelus domini in flamma ignis de rubo: & uidit quoniam rubus arderet igni: & non cremabatur. Et dixit Moyses. Transiens uidebo hoc grande uisum: cur utiq̃ non crematur rubus. Vt uidit autem quoniam accedit uidere: uocauit eum dominus deus de rubo dicens. Moyses Moyses. Q ui dixit. Q uid est: & dixit ne accesseris huc: nisi solueris caltiamentum de pedibus tuis: locus enim in quo stas terra sancta est: & dixit ei ego sum deus patris tui: deus abraham: deus Isaac: deus Iacob. Hoc autem manifestum est in Euangelio secundum Ioannem. Et respondit illis Ioannes. Ego quidem baptizo in aqua. in medio autem uestri stat: quem uos nescitis. Ipse est enim de quo dixi: post me ueniens homo ante me factus est: cuius non sum dignus corrigiam calciamenti soluere. Item in Euangelio secundum Lucam: Sint lumbi uestri præcincti & lucernæ ardentes: & uos similes hominibus expectantibus dominum suum: quando uenire a nuptiis: ut cum uenerit: & pulsauerit: aperiant ei. Fœlices serui illi: quos adueniens dominus inuenerit uigilantes. Item in Apocalypsi. Regnauit dominus deus omnipotens: gaudeamus & exultemus: & demus ei gloriæ claritatem: quoniam uenerunt nuptiæ agni: & uox eius se præparauit.

XIX.

Q uod crucifixuri illum essent iudei. Apud Hesaiam. Expandi manus meas tota die ad plebem contradicentem: & contumacem mihi: qui ambulant uias non bonas: sed post peccata sua. Item apud Hieremiam. Venite & mittamus lignum in pane eius. Et eradamus a terra uitam eius. Item in Deuteronomio. Et erit pendens uita tua ante oculos tuos: ac timebis die ac nocte: & non credes uitæ tuæ. Item in psalmo. xxi. Et foderunt manus meas: & pedes meos: dinumerauerunt omnia ossa mea. Ipsi autem contemplati sunt: & uiderunt me: diuiserunt sibi uestimenta mea: & super uestem meam sortem miserunt: Tu autem domine ne elongaueris auxilium tuum: In auxilium meum attende. Libera a gladio animam meã: & d̃ manu canis unicam meam. Salua me ex ore leonis: & a cornibus unicornis humilitatem meam. Enarrabo nomen tuum fratribus meis: in medio Ecclesiarum

laudabo te. Item in psalmo. cxviii. Confige clauis de metu tuo carnes me/
as. Item in psalmo. cxl. Alleuatio manuum mearum sacrificium uesperti/
tinum: de quo sacrificio Sophonias dicit. Metuite a facie domini dei: quo
niam prope est dies eius: quia aparuit dominus sacrificium suum: sanctifi/
cauit electos suos. Item apud zachariam. Et intuebunt in me: in quem trās
fixerunt. Item in psalmo. lxxvi. Exclamaui ad te tota die: domine exten/
di ad te manus meas. Item in numeris. Non quasi homo suspenditur: neq;
quasi filius hominis patitur. Vnde in Euāgelio dominus dicit. Sicut Moy
ses exaltauit serpentem in heremo: ita exaltari oportet filium hominis: ut
omnis qui crediderit in filium: habeat uitam æternam. .XX.
Q uod in passione crucis & signo uirtus omnis sit & potestas. Apud Aba/
cuc. Texit cælos uirtus eius: & laudis eius plena est terra. & splendor eius
ut luxerit cornua in manibus eius erunt. Et illic constabilita est uirtus glo/
riæ eius: & constituet dilectionem ualidam: āte faciem suam ibit uerbum:
& procedet in campos secundum gressus suos. Item apud Hesaiam. Ecce
natus est nobis puer: datus est nobis filius: cuius imperium super hume/
ros eius: & uocatum est nomen eius magnæ cogitationis nuntius: hoc si/
gno crucis & amalech uictus est ab Iesu per Moysen. In exodo: dixit Moy
ses ad Iesum. Elige tibi uiros & exi: & constitue cum Amalech in crastinū:
Ecce ego stabo in cacumine collis: & uirga dei in manu mea. Et factum est
cum leuabat manum Moyses prævalebat: manus israel. Vbi autem submi
serat manus: inualescebat manus amalech: sed manus Moysi erant graues:
& accepto lapide suppossuerunt sub eo: & sedebat super eum: & Aaron &
Vr sustentabant manus eius hinc & inde: & factæ sunt manus Moysi stabi
les usq; in occasum solis: & fungauit Iesus amalech & omnem popolū eius.
Et dixit dominus ad Moysen: scribe hoc: ut sit memoriale in libro: & da
in aures eius: quoniam delectione deleam memoriam amalch de sub cælo.
Q uod in hoc signo salus sit omnibus: qui in fronti/ .XXI.
bus notantur. Apud Ezechiel dicit dominus. Trāsi mediam Hierusalem:
& notabis signum super frontes uirorum: qui ingemunt & mœrent ob ini/
quitates: que fiunt in medio eorum. Item illic. Vadite & cedite & nolite
parcere oculis uestris: nolite misereri. Seniores & iuuenes & uirgines inter
ficite: ut perdeleantur. Omnem autem super quem signum scriptum est: ne
tetigeritis: & ab ipsis sanctis meis incipite. Item in exodo deus ad moysē.
Et erit is sanguis in signo uobis super domos: in quibus ibi eritis: & uide/
bo sanguinem: & protegam uos: & non erit in uobis plaga diminutionis:
cum percutiam terram egypti. Item in Apocalypsi: Et uidi agnum stantē
in montem syon: & cum eo. cxliiii. milia: & habebant nomē eius: & nomē

patris eius scriptum in frontibus suis. Item illic. Ego sum alpha & omega: primus & nouissimus: initiū & finis. Fœlices eos qui faciūt præcepta eius: ut sint postes eorum super lignum. .XXII.

Quod medio die in passione eius tenebræ futuræ essent. Apud Amos. Et erit in illo die dicit dominus sol occidet meridie: & obtenebrabitur dies lucis: & conuertam dies festos uestros in luctum: & omnia cātica uestra in lamentationem. Item apud Hieremiam. Et territa ē quæ parit: & teduit anima eius. Subiit sol: cum adhuc medius dies esset: cōfusa est: & maledicta: reliquos eorum in gladio dabo: in conspectu inimicorum eorum. Item in Euangelio. A sexta autem hora tenebræ factæ sunt per totam terram: usq; ad horam nonam. Item in psalmo. xxviiii. Domine abtraxisti ab inferno animam meam. Z. Quod a morte iudicaretur: nec apud inferos remansurus esset. In psalmo. xv. Non derelinques animam meam apud inferos: neq; dabis sanctum tuum uidere interitum. Item in psalmo. xxx. Ego dormiui: & somnum cœpi: & resurrexi: quoniam dominus auxiliator mihi. Item secundum ioānem. Nemo aufert animam meam a me: sed ego pono eam: & potestatē habeo iterū sumēdi eam. Hoc enī mandatū accepi a pre meo.

Quod ab inferis tertio die resurget. Apud Oseæ. uiuificabit nos post biduum die tertio. Item i exodo. Et dixit dominus ad Moysen descende: & testificare populo: & sanctifica illos hodie & cras: & lauēt uestem suam: & sint parati in perendinum diem: die enim tertio descendet dominus in montem Syna. Item in euangelio. progenies nequam adultera signum quærit: & signum non dabitur ei nisi signum Ionæ Prophetæ. Quomodo enim fuit Ionas in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit filius hominis in corde terræ. .XXIIII.

Quod cum resurrexisset: acciperet a patre omnem potestatem: & potestas eius æterna apud Danielem. Videbam in uisu noctis: & ecce i nubibus cæli quasi filius hominis ueniens: uenit usq; ad ueterem dierum: & stetit in cō spectu eius: & qui assistebant obtulerunt ei: & data est ei potestas regia: & omnes reges terræ & genus: omnis claritas seruiēt ei: Et potestas eius æterna: quæ non auferetur. & regnum eius non corrumpetur. Item apud Hesaiam. Nunc exurgam dicit dominus: nunc clarificabor: nunc exaltabor: nunc uidebitis: nunc intelligetis: nunc confundemini: uana erit fortitudo spiritus: uos ignis consumet. Item in psalmo. cviii. Dixit dominus domino meo: sede ad dexteram meam: quoadusq; ponam inimicos tuos subpedaneum pedūm tuorum. Item in Apocalypsi: & conuersus respexi: ut uiderem uocem: quæ mecum loquebatur: & uidi. vii. candelabra aurea: & in medio candelabrorum similem filio hominis uestitum pō-

dere: & erat præcinctus ſupra mamillas zona aurea : Caput autem & capil
li eius erant albi uelut lana aut nix: & oculi eius uelut flamma ignis : & pe/
des eiuſ auricalcho ſimiles: ſicut de fornace ignis: ut ſonus aquaꝝ multaꝝ:
& habebat in dextera ſua. vii. ſtellas: & ex ore eius gladius utraq; parte acu
tus exhibat: & facies eius ſplendebat: ut ſol in uirtute ſua. Et cum uidiſſem
eum: cecidi ad pedes eius tanquam mortuus : & poſuit ſuper me dexteram
ſuam dicens. noli timere: ego ſum primus: & nouiſſimus: & uiuus qui fue/
ram mortuus: & ecce ſum uiuẽs in ſæcula ſæculorum : & habeo claues mor
tis & inferorum. Item in Euangelio dominus poſt reſurrectionem diſcipu/
lis dicit. Data eſt mihi omnis poteſtas in cælo & in terra. Ite ergo & docete
omnes gentes: unguentes eos i nomine patris & filii: & ſpiritus ſancti . Do
centes eas obſeruare omnia quæcunq; præcepi uobis: .XXV.
Q uod peruenìri ad deum patrem non poſſit: niſi per filium eius Chriſtum
Ieſum. In Euangelio. Ego ſum uia: & ueritas: & uita. Nemo uenit ad pa/
trem niſi per me. Item illic. Ego ſum hoſtium: per me qui introierit : ſalua/
bitur . Item illic multi prophetæ & iuſti cupierunt uidere quæ uidetis : &
non uiderunt: & audire quæ auditis: & non audierunt . Item illic. qui cre/
dit in filium habet uitam æternam . Q ui in dicto non audiens eſt filium:
non habet uitam : ſed ira dei manebit ſuper eum . Item Paulus ad Epheſi/
os. Et cum ueniſſet annunciauit uobis pacem : qui longe : & pacem iis qui
prope: quia per ipſum habemus acceſſum ambo in uno ſpiritu ad patrem.
Item ad romanos. Omnes enim peccauerunt: & egent claritate dei: iuſtifi/
cantur autem dono ipſius & gratia per redemptionem : quæ eſt in chriſto
ieſu. Item in epiſtola Petri Apoſtoli . Chriſtus ſemel pro peccatis noſtris
mortuus eſt : iuſtus pro iniuſtis : ut nos offerret deo . Item illic . in hoc
enim & mortuis predicatum eſt: ut ſuſcitentur . Item in Epiſtola Ioannis.
Q ui negat filium: neq; patrem habet. qui confitetur filiũ . & patrẽ habet.
Q uod ipſe iudex uenturus ſit. Apud Mala/ .XXVI.
chiam . Ecce dies uenit ardens uelut clybanus : eruntq; omnes alienige/
næ : & omnes iniqui ſtipula : & ſuccendet illos adueniens dies : dicit do/
minus . Item in pſalmo. xlviiii. Deus deorum dominus locutus eſt : & uo/
cauit terram . A ſolis ortu uſque ad occaſum ex ſyon ſpecies decoris eius.
Deus manifeſte ueniet: deus noſter & non ſilebit . Ignis ante eum ardebit:
& in circuitu eius procella nimia : uocauit cælum ſurſum & terram : ut ſe/
pararet populum ſuum. Colligite illi iuſtos eius eos : qui diſponunt teſta/
mentum eius in ſacrificiis : & annunciabunt cæli iuſticiam eius : quoniam
deus iudex eſt . Item apud Heſaiam . Dominus deus uirtutum prodibit:

& comminuet bellum. Excitabit certamen & clamabit ſuper inimicos eius cum fortitudine. Tacui nunquid ſemper tacebo? Item in pſalmo. lxvii: Exurgat deus & diſſipentur inimici eius: & fugiant qui oderunt eum a facie eius. Quomodo deficit fumus: deficiant: quomodo tabeſcit cæra a facie ignis: ſic pereant peccatores a facie dei. Et iuſti iocundentur: & exultent in conſpectu dei: pſallite nomini eius: uiam facite illi: qui aſcendit in occaſum: deus nomen illi. Turbabuntur a facie eius patres orphanorum & iudices uiduarum. Deus in loco ſancto ſuo: deus qui inhabitare facit in domo unanimes: producens uinctos in uirtute: ſimiliter eos qui habitant in monumentis. Deus cum tranſires prodires in conſpectu populi tui: in tranſeundo in heremum. Item in pſalmo. lxxxi. Exurge deus & iudica terram: quoniam tu exterminabis in omnibus gentibus. Item in Euangelio ſecundum Mattheum. Quid nobis & tibi fili Dauid? Quid huc uenisti ante tempus punire nos? Item ſecundum Ioannem. Nihil pater iudicat: ſed omne iudicium filio dedit: ut omnes honorificent filium: ſicut honorificant patrem. qui non honorificat filium: non honorificat patrem: qui eum miſit. Item i epiſtola Pauli ad Corinthios. ii. Omnes nos manifeſtari oportet ante tribunal chriſti: ut reportet unuſquiſq; ſui corporis propria: ſecundū quæ egit: ſiue bona: ſiue mala.

.XXVII.

Quod ipſe ſit Rex in æternum regnaturus. Apud Zachariam. Dicite filiæ ſyon. Ecce Rex tuus uenit tibi: iuſtus & ſaluans: mitis ſedens ſuper aſſi num indomitum. Item apud Heſaiam. quis nunciabit uobis quia ignis ardet? Quis nunciabit uobis locum æternum? Ambulans in iuſticia: & manus abſtinens a muneribus: grauans aures: ut non audiat iudicium ſanguinis: & comprimens oculos ſuos: ne uideat iniuſticiam. Hic habitabit in alta ſpelunca petræ fortis. Panis illi dabitur & aqua eius fidelis. Regem cum claritate uidebitis. Item apud Malachiam. Rex magnus ſum ego dicit dominus: & nomen meum illuſtre eſt apud gentes. Item in pſalmo. ii. Ego autem conſtitutus ſum Rex ab eo ſuper Syon montem ſanctum eius: nuncians præceptum eius. Item in pſalmo. xx. Commemorabuntur & conuertentur ad dominum omnes termini terre: & addorabunt in conſpectu tuo omnes patriæ gentium: quoniam domini eſt regnum: & ipſe dominabitur gentium. Item in pſalmo. xxiii. Auferte portas principes ueſtras: & extollimini portæ æternales: & introibit Rex glorie: & claritatis dominus fortis in prelio. Auferte portas principes ueſtras: & extollimini portæ æternales: & introibit rex claritates.: dominus uirtutum ipſe eſt Rex claritatis. Item i pſalmo. xliii. Eructauit cor meum ſermonem bonū: dico ego opera mea Regi. Lingua mea calamus ſcriptoris acute ſcribentis de coris ſpecie ſuper

filios hominum. Effusa est gratia in labiis tuis: propterea benedixit te de/
us in sæcula. Accingere ense tuo ad femur potentissime. Decori & speciei
tuæ intende: & dirige: & regna propter ueritatem & mansuetudinem &
iusticiam. Item in psalmo. iiii. Rex meus & deus meus: quoniam ad te ora
bo domine mane: exaudies uocem meam: mane assistam tibi & contempla
bor te. Item in psalmo. xcv. Dominus regnauit exultet terra: iocundentur
insulæ multæ. Item in psalmo. xliiii. Assistit regina ad dexterã tuam in ue/
ste inaurata. Audi filia & uide: & inclina aurem tuam: & obliuiscere popu
li tui & domus patris tui. Quoniam desiderauit speciem tuam rex: quia ip
se est dominus deus tuus. Item in psalmo: lxxii. Deus autem rex noster ante
sæculum operatus est salutem in medio terræ. Item in Euangelio secũdum
Mattheum. Cum Iesus natus esset in Bethleem Iudæ in diebus Herodis re
gis. Ecce magi ab oriente uenerunt Hierosolymam dicentes. Vbi est qui na
tus est Rex Iudeorum? Vidimus enim stellam eius in oriente: & uenimus a/
dorare eum. Item secundum Ioannem dixit Iesus. Regnum meum non est
de isto sæculo: Si de hoc sæculo esset regnum meum: ministri mei turba/
rentur: ne traderer iudeis. Nunc autem regnum meum non est hinc. di/
xit Pilatus. Ergo Rex es tu? Respondit Iesus. Tu dicis: quoniam Rex
sum: Ego in hoc natus sum: & in hoc ueni in sæculum: ut testimonium
perhibeam ueritati. Omnis qui est de ueritate: audit meam uocem.
Quod ipse sit & iudex & rex. in psalmo.
lxx. Deus iudicium tuum regi da: & iusticiam tuam filio Regis. Iudicare
populum tuum in iusticia. Item in Apocalypsi. Et uidi cælum apertum: &
ecce equus albus: & qui sedebat super eum uocabatur fidelis & uerax: æ/
quum iustum qui prædicat & præliatur. Oculi autem eius erant tanquam
flamma ignis: & super caput eius diademata multa: & portabat nomen
scriptum nemini alii: nisi ipsi soli notum. Et erat cohopertus ueste aspers/
sa sanguine: & dicitur nomen eius uerbum dei: & exercitus qui sunt in cæ/
lo: sequebantur eum in equis albis induti byssino mundo: & de ore eius
exibat gladius acutus: ut de eo percuteret nationes: quas ipse pacturus
est in uirga ferrea: & ipse calcabit torcular uini iræ dei omnipotentis: ha/
bet etiam in ueste & in femore suo nomen scriptum: Rex Regum & domi/
nus dominantium. Item in Euangelio. Cum uenerit filius hominis in cla/
ritate sua: & omnes angeli cum eo: tunc sedebit in throno claritatis suæ:
& colligentur ante eum omnes gentes: & segregabit illos ab inuicem:
quemadmodum pastor segregat oues ab hedis: & statuet oues ad dexte/
ram suam: hedos autem ad sinistram. Tunc dicet rex eis: qui ad dexteram

eius erunt. Venite benedicti patris mei: percipite regnum quod uobis para tum est ab origine mundi. Esuriui enim & dedistis mihi manducare. Siti/ui: & potastis me. Hospes fui: & abduxistis me. Nudus: & texistis. Infir/mus fui: & uisitastis me. In carcere: & uenistis ad me. Tunc respondebunt iusti dicentes. Domine quando te uidimus esurientem: & pauimus? Sitien tem & potauimus. quando te uidimus hospitem: & abduximus? nudum & uestiuimus. quando autem te uidimus infirmari: & in carcere: & uenimus ad te? Et respondens Rex dicit eis. Amen dico uobis: quamdiu fecistis uni horum ex fratribus meis minimis: mihi fecistis. Tunc dicet iis: qui ad sini/stram eius erunt. Discedite a me maledicti in ignem æternum: quem para/uit pater meus diabolo & angelis eius. Esuriui enim & nō dedistis mihi mā ducare. Sitiui: & non potastis me. Hospes fui: & non abduxistis me. nu/dus: & non uestistis me: infirmus & in carcere: & non uenistis ad me. tunc respondebunt & ipsi dicentes: Domine quando te uidimus esurientem: aut sitientem: aut hospitem: aut nudum: aut infirmum aut in carcere: & nō ministrauimus tibi? & respondebit illis. Amen dico uobis: quādiu non feci stis uni ex minimis his: neq; mihi fecistis: & abibunt isti in ambustionē æter nam. Iusti autem in uitam æternam:

Incipit reuelatio capitis Beati Ioannis Baptistæ.

Arrat Iosephus uinctum fuisse Ioannem Baptistam in ca stello macheronta: Ibiq; caput eius truncatum fuisse: ac denuo sepultum in sebaste ciuitate regionis palestinæ: quæ quondam Samaria est appellata. Post longum uero tempus monumentum eius pagani inuaserūt: & ossa per campi planiciem dissipauerunt: rursumq; collecta igne concremauerunt: & postea per agros cremata proiecerunt. Postea uero ad uenerunt quidam monachi religiosi uiri de Hierosolymis ad locum eius/dem monumenti: audientes ea quæ Ioanni acciderant: & quicquid potue/runt ex ossibus illius colligentes ad patrem suum Iosephum detulerunt hie rosolymam: & ille transmisit ea cum aliis uiris religiosis Athanasio Alexan driæ Pontifici fidelissimo. Ibiq; miro modo fuerunt seruata usq; ad tem/pus Theophili eiusdem urbis Episcopi. Q ui theophilus iubente theodo/sio Principe omnia idolorum fana in illa regione Christo fauente destru/xit: & Ecclesiam miræ magnitudinis construxit: & in honorem eiusdem sancti Ioannis Baptistæ consecrauit: & illius ossa: quæ sibi dixerit supra/scriptus Athanasius in eadem Ecclesia congregatis sibi uicinis Pōtificibus

ex omni parte cateruatim omnibuſq; ordinibus clericorum & populorum honorifice conſtituit. Igitur accedente paſcali feſtiuitate decollatus eſt Ioannes Baptiſta imperante nequiſſimo Herode: qui dari ſaltanti puellæ caput eius iuſſit: & multo poſt decollationem eius: accedente illo anno quo conſtructa eſt Eccleſia i nomine eius: & oſſa eius ibidem collata a theophilo Pontifice iubente theodoſio Principe in honore eius conſecrata eſt. iiii. kalend' ſeptembris. Sollennitas nanq; eius mirifice eſt conſecrata in dedicando. Caput autem illius tunc temporis repoſitum adhuc erat i loco: quo illud in abſconſo uxor Herodis depoſuerat: nemine ſciente poſtquam a filia in diſco ſuſcepit. Si quis omnia plenius uoluerit ſcire: chronica Marcelli principis legat: & ibi reperiet duos monachos ab oriente in Hieruſalem ueniſſe cauſa orationis: in tempore Marciani imperatoris. Quibus monachis in uiſione angelica dictum eſt. Ite ad palatium Herodis: qui quondā hic fuit perfidus princeps: introeuntes perſpicite diligenter: & ubi fumum e terra aſcendentem uideritis: fodientes ibi caput Ioannis Baptiſtæ incunctanter inuenietis. Et ita fecerunt: & cum magno honore clanculo ſecum Hieroſolymam deportauerunt. Et non multo poſt a latronibus raptum ē. Mittentes in quodam ſpecu ibidem dimiſerunt: donec idem Ioannes Chriſto auxiliante cuidam uiro religioſo nomine Marcello ſacerdoti: qui in eodem ſpecu morabatur ut heremita: reuelauit dicens. Accipe caput meum: quod in hoc ſpecu depoſitum eſt a latronibus: & defer illud Iuranno Epiſcopo: qui nunc præeſt Alexandriæ ciuitati poſt theophilum deo carum: ubi reliquiæ corporis mei requieſcunt. Et ſic fecit Marcellus Chriſto annuente: in eadem igitur ſollennitate collectionis reliquiarum illius & tranſlationis & eccleſiæ conſecrationis allatum eſt caput Ioannis Baptiſtæ ad ciuitatem Alexandriæ a Marcello preſbytero: & datum Iuranno epiſcopo iiii. kalend' ſeptembris. Et Iurannus ſuſcepit illud collocans mirabiliter in eodem loco perpetim cuſtodiendum. Et ideo hodierna feſtiuitas collectio beati Ioannis Baptiſtæ non decollatio nominanda Chriſto annuente: ſed inuentio ac reuellatio capitis eius. Iamq; idem uir domini Iurannus Epiſcopus & Marcellus ſacerdos fœliciter ad dominum ex hoc nuncio in pace migrauerant. Annis euoluentibus non plurimis: cuidam uiro religioſo ſacerdoti ac monacho Fœlici nomine: qui orationis gratia ab occidentali parte in illis diebus Hieroſolymam adierat: angelica uiſione dictum eſt. Fœlix ſurge concitus & pergens ad ciuitatem Alexandriæ inuenies ibi Eccleſiam in honorem ſancti Ioannis Baptiſtæ conſecratam: ubi caput eius cum tribus paruulis innocentibus reconditum eſt. Quod accipiens tranſfer in partibus galliarum in regione aquitaniæ: in loco quem tibi oſtendero. De

qua uisione certus expergefactus reuerendus ſenex gaudio ampliſſimo re/
pletus: pergens illico ubi iuſſus fuerat: ſicuti ei dictum fuerat cuncta repe/
riens rectori ſui itineris grates innumeras rependit. Properanſq; ad locum
theſaurum ſibi a deo deſtinatum in unius ſportellæ concluſit ſinu. Statim/
q; retro iter arripiens iūctis ſibi ſociis ſeptem fratribus ſuis: qui cum eo ibi
erant uallanſq; omnem regionem illam perueniens ad littora maris inuenit
nauem cum remigibus ac gubernacula deo paratam. Ingreſſus cum theſau
ro & magni præcii margaritis. Igitur fratres & ſocii eius deſcendentes cum
eo in naui gratias agentes in hymnis & laudibus deum benedicētes alta pe
tunt equora. Cumq; in mare iter agere cœpiſſent. Fœlix eleuatis oculis ad
cælum palmas tetendit dicens. Domine Ieſu Chriſte: qui feciſti cælum &
terram: mare & omnia quæ in eis ſunt: & profundum abyſſi intueris: qui
ſuper undas maris ſiccis pedibus ambulaſti: & Petrum mergentem manu
erexiſti: & Paulum ter de naufragio liberaſti. Libera nos de magnis fluctí/
bus huius pelagi: ut uiuentes benedicamus nomen tuum in ſæcula. Mit/
tere etiam domine dignare ſanctum angelum tuum de cælis: ut ſit dux iti/
neris noſtri: ſicut fuit quondam patribus noſtris: quando eduxiſti eos de
terra egypti in fortitudine magna: & in manu tua ualida: & perduc nos re
cto itinere ad locum optatum: ad ſanctas & præcioſas margaritas collo/
candas. Hæc & his ſimilia oranteb eato Fœlice. Ecce nubes lucida deſcen/
dit ſuper nauem: & de medio nubis egreſſa eſt columba ad inſtar niuis: &
ſuper pupim nauis immobilis perſtitit tam in die q̄ in nocte: uſq; dum in
partibus aquitaniæ ad littus maris oceani pertingerent. Cumq; non lon/
ge a terra ſe eſſe cognouiſſent: diuerterunt ad portum: qui appellatur ago
linenſis: qui eſt ſitus in pago alnienſe. Ibiq; exeūtes de naui ad terram pau/
liſper requieuerunt. Mouentes autem ex eodem loco quaſi miliaria duo in
ueuerunt eminus corpora mortuorum. Regem uidelicet Vuandalorum
cum omni exercitu ſuo iacentem ſuper faciem terræ: ut opinor quaſi. xx.
millia uirorum: Q uoniam egreſſus fuerat iſdem populus craſſa ceruice de
uagina ſua per mare cum claſſe magna: & uentus uehemens irruitum eos
& tranſuexit in partibus occidentis in ſupradicto portu agolinenſi. Nun/
ciatumq; eſt Pipino Regi aquitaniorum: quod gens uuandala regnum
eius inuaderet. Miſitq; in omnes terminos aquitaniorum ac ſanctonicæ
necnon Engoliſine: ſiue in omnes terminos eorum: ut contra eos perge/
rent ac dimicarent: quia iſdem Rex Pipinus tunc morabatur in territorio
Alnienſe ſuper fluuium uultūna: in palacio q uocatur ingiriacus: inter me
dios fines pictauoꝝ ac Sanctonicæ. Deniq; cum iſdem Rex Pipinus cum
omni multitudine armatoꝝ occurreret hoſtibus ſuis: fecit dominus ſalutē

magnam omni exercitui ſuo: ita ut nullus euaderet ex hac multitudie: qui non cæde uaſtaretur. Supradictus autem Rex uidens ſibi a domino auxi/lium de cælo fuiſſe preſtitum: & ultorem de inimicis ita ut non minueren/tur de exercitu ſuo niſi. xx. uiri: quos pre cæteris ualde diligebat. Quos accipiens ſingulis depoſuit feretris. Lætus pro uictoria: mœſtus pro amiſ/ſorum funebris. Exercitum reuocat: pergere cupiens ad propria: Cunq; ab hac cede quaſi quattuor miliaris diſiuncti eſſent: fidere tentoria impe/rat. Præſſuſq; ſomno ſtratum ſuum parari in papilionibus iubet. Tunc pro laſſitudine ſomno ingruente uox diuina ablata eſt dicens ad eum. Curre piger ſomnus ita preſſit? Noueris magni uiri Ioannis Baptiſtæ caput ex trās/marinis partibus ab oriente cum tribus paruulis innocentibus ad hunc pa gum deferri: & propter eius meritum in hoc prœlio diuinitus uictoriam ti bi a domino eſſe collatam. Reſpondit ei Rex Pipinus in uiſione dicens. Si tanta beneficia propter eius meritum in me uigent: indica mihi quid agam: aut quemadmodum inueſtigare uel inuenire potero eum. Reſpon/dit ei uox diuina dicens. Ecce poſt tergum tuum ſequuntur te ſeptem fra/tres in habitu peregrinorum: & unus qui cæteris præeſſe uidetur Fœlix uo catur. Vade in occurſum eorum cum paucis & i humilitate cordis benigne ſuſcipe. Adornatiſq; præcioſiſſimis margaritis pacifice tecum ducere cone ris: & uidebis magnalia dei. Vix autem domini Fœlix uiſa tanta multitudi/ne ceſorum corporum pauore per territus: tamen de adiutorio dei confi/ſus confortat ſocios: & ut pauliſper iter agerent ammonet. Diuertenteſq; ex aduerſo paruulum ſibi ſtatuerunt habitaculum: ut eadem nocte uſq; ma ne in eodem permanere potuiſſent. Prædictus autem Rex pipinus a ſom/no euigilans intra ſemetipſum cogitare tacitus cœpit ex uiſione: quam ui/derat: quid agere deberet: recogitans quia in antiquis eſt ſapientia & mul/torum præteritorum prudentia. Mittenſq; concitus accerſiri iubet uirum prudentem ac in omnibus operibus pollentem nomine Fœlicem: ut de tan ta manifeſta uiſione dominum pulſarent: ut eis ſalubre conſilium ſuggere/re dignaretur. Igitur conſilio inuentum eſt: ut exutis ueſtibus & calciamen tis ſuis in cinere & cilicio nudis plantis incedētes: ſicuti oraculo diuino ad monitus fuerat: obuiam famulis dei procederent. Cunq; ſe mutuo conſpe/xiſſent iacentes: tam ipſe q̄ omnes qui aderant: proni in terram tam diu a/dorauerunt: quoaduſq; famuli dei ad locum ubi iacebant pertingerent: Cunq; dominum benedixiſſent: & ſe inuicem ſalutaſſent: oſculum pacis ſi bimet dederunt. Leuanteſq; ſe a terra lachrymabiliter interrogabant ſe in/uicem: qua cauſa hæc quæ uiderant & audierāt accidiſſent. Vir autem do mini Fœlix cuncta intelligens a deo eſſe manifeſta: retexit hyſtorias quem/

admodum Hieroſolymis adierit orationis gratia : & theſaurum ſuum ab/
ſcõditum diuina miſericordia ei reuelauerit . & facta oratione cum omnes
reſpondiſſent: amen . Eleuatis Fœlix præcioſiſſimis margaritis : caput .ſ.
Ioannis Baptiſtæ & exequias ſociorum eius beatorum martyrum innocen
tium cum hymnis & laudibus pſallẽtium dirigit chorum. Quo audito cũ/
ctus exercitus: qui in caſtris erat: quaſi unus uir ei obuium proceſſit nume/
ro .xxx. milia uirorum . Exequias uero mortuorum : qui in prelio corrue/
rant : ſecum deferentes petebant auxilium a domino per præcurſorem ſu/
um Ioannem: ut cuius reliquiæ deportarentur diuina gratia manifeſtare di
gnaretur : promittentes ſe tantam fidem habere ut quicquid peteretur ſan
ctus Ioannes domino annuente tribuere poſſet. Apprehendenteſq; ſportel
lam in qua beati Ioannis Baptiſtæ caput continebatur: ſingulis feretris im
poſuerunt mortuos tangentes. Miro atq; ineſtimabili modo mox ut tetigit
oſſa iacentium: uita per mortuum mortuis reddita eſt. Surrexerunt autem
eadem hora ab officio funeris .xx. uiri tam celeriter ac ſi a ſomno eſſent ex/
citati: & qui a flentibus amicis portabantur ad tumulandum : iiſdem gau/
dentibus ad uitam redirent. Videns autem rex Pipinus & cunctus excerci/
tus magnalia: quæ circa eos dominus geſſerat per præcurſorem ſuum Ioan
nem Baptiſtam : plaudentes manibus benedicebant dominum : qui fecit
mirabilia in cælo & in terra. Vir autem domini Felix & ſocii eius gaudio re
pleti: una cum rege Pipino & exercitu eius leuantes caput beati ac præcellẽ
tiſſimi præcurſoris chriſti Ioannis Baptiſtæ & beatoꝝ innocẽtium cũ gau/
dio & lætitia iter agere cœpunt. Cũq; nulla mora fieret in eundo puenerũt
ad quandã uillã: quæ appellat Vultronia. Cũq; ibidẽ pauliſper ꝙuiſſent:
obuius eis ꝙdã cæcus factus ẽ: ꝙ ſtatim ſanus effectus eſt ꝑ beatiſſimi præ/
curſoris merita. Cũq; d' eodẽ loco eis moueri placuiſſet: arripiũt iter ꝑ uiã:
quæ ducit ad paludẽ cognomẽ matheuallis. Cũq; eis aliquãtulũ ibi reqeſce
re placuiſſet: ecce quidã debilis pedibus: ꝙ ſe erigere omnino neqbat: repẽ
do ſe trahens obuiam eis proceſſit . Iamq; propinquãtes ad locum quo ten
debant: ſuper fluuium Vultonna ad palatium nomine Ingeriacum perue/
nerunt. Audiens autem omnis populus a maximo uſq; ad minimum : a ui/
ro uſq; ad mulierem: omnes ſimul in unum conglobati obuiam eis proceſſe
runt. Cumq; ibidem ante palatium Regis Pipini ueniſſent in baſilica bea/
tiſſimæ & glorioſæ ſemper uirginis Mariæ cum magno feruore & ſtudio
illico ad cuſtodiendum depoſuerunt . Lætatuſque eſt uniuerſus popu/
lus lætitia magna : & celebrauerunt ſollennitatem huius diei .iiii. klendas
ſeptembris & reuerſi ſunt unuſquiſq; ad habitacula ſua . Igitur Beatus
Fœlix & ſocii eius cum uenerando Rege inter cætera dominum depreca/

bantur: ut eis salubræ consilium suggereret: quonam in loco sancta membra locarent. Aedificantesq; basilicam: & i ea Ciborium cum sex columnis marmoreis mirifici operis bene compositis non lõge a Vultõne littore: sed ut arbitror. c. stadiis: In quo cum aromatibus & plurimis bonis odoribus condientes caput beati Ioannis Baptistæ almi præcursoris Christi: & beatorum trium innocentium corpora similis in hoc ciborio cõcluserunt. Domino autem auxiliante hoc ædificium completum est fœliciter. Fecit etiam idem Rex fontem ductorium: qui a duobus fere miliariis per profundissimos terræ meatus ad palatium eius ductus decurreret: & ut in ipsam basilicam per ferrum & æs introduceretur: ac subitus ciborium per concauam marmoream colũnam ebulliret: Ibiq; sacri baptismatis ablutio fieret. Sic quæ iterum ad primos aditus reflectetur. Conuocãs igitur Rex Pipinus & Beatus Fœlix pontifices & sacerdotes: omnesq; patriæ nobiles. Benedicentes ecclesiam atq; in honore eiusdem Ioannes Baptistæ dedicando mirificæ consecrantes: & prediis ac possessionibus suis a ꝓgenitoribus sibi dimissis eam nobiliter dotauerunt. Ordinatisq; omnibus necessariis monacos ibidẽ deo in perpetuum seruituros statuerunt. Postmodum multa domino mirabilia operante per famulum suum Ioannem Baptistam. Tandem uero metam narrationis ponentes. Oremus immensitatem bonitatis Christi: ut sua potenti dextera suffultos nos ad æternæ quietis stationem perducat. Qui uiuit & regnat cum Patre & Spiritu sancto per omnia sæcula.

Diui Cæcilii Cypriani uiri sanctissimi & eloquẽtissimi epistolas exactissime r̃cognitas Lucas Venetus Dominici filius solita diligentia ĩpressit Venetiis Anno salutis M.cccclxxxiii. pridie nonas decembris.

Finis.

Ham x 5898

Regiſtrum operis.

Cæcilii Cypriani
a & perſeuerare
mercedem:
Nec intereſt

fratribus
b contemptis
cõſepultos

ſuo
c ſerit
tis. Nec

extra
d niq̃
obiiciunt

palam
e ad alta
uelut

bundabat
f ſerui
cæleſtia

in illud
g dei &
rans: Fili

ſurſum
h tis dominicis
eos caritate

ſecuritas
i tentare
morituri

contactu
k conatu
triſticias

eſt inquit
l uirtutibus
natos

ſua uoce
m dicta
audiatur

incautis
n ſummiſſimus
cæteris

ſpreuerunt
o quia
contrarium

ſed ſi
p conſtitutionem
Neq̃

teſcatis
q coram
eſt: ſi

nonne
r meo
memores

Sed
ſ fendi
quos

quibus
t alterius
ipſe

uocari
u Cum
peruenire

uegeti
x malefactorum
habens

& qui
y diabolo
una

& commeat
z nomini
ſæculum

deus
& quod
accepturi

Euangelio
A nus meus
ſantur

lege
B patris
& comminuet
eius erunt

Finis.

Quisquis ades medijq; subis tu limia tẽpli.
Siste pax: isontiq; tuo pro crimine passu
Respice me. me cõde aio me ipectore fua.
Ille ego q casq; hoc mutatus acerbos
Huc ueni: ps promisse ipres et ampla
Commuis culpe uenia: h clarissima abalto
Reddita luxo tnẽ: h alma Salutis pmago.
Hic t suz reges: uia recta: redẽptio bere
Vexillũq; dei signũ memorabile ure
Te pp: uitaq; tua: su urgims aluum
Ingress: su fatiq; ho: atq; hõrenda passuo
Cruciera | ni regem traxo ifimby unq;
Inuenit. subiq; minas et ubiq; labores
Sordida pma in iteris Magalia iude
Hospicia: iparru socieq; fuere parenti
Hic in fusa dedit bruta iteri ertia pmu
Anda i angustis pspiby hẽba cubile.
Primos i pharijs duxi regnoby annos
Herodis regno pfugus Rehasq; reuso
In suda sep seiurria semp et ipsam
pauperie extrema et rez iferiora secum
Sẽp ages monstris humana salubribq; almo
Ingenia ad studiũ pbitatis apta salubri
plurima doctne uiges miracla. Quare
Impia hierusalẽ rabidis ecita curis
Inuidie seuusq; odijs: et ceca furore
Insonti ẽ penis letalibq; ausa centam
Incẽte tribili mõtem in querẽ q si
Latiq; ipe in distinguẽ: siq; p omneo
Ire uuet gemitq; mecũ et sẽtire dolores
Cõllige cõsilia: i sidia sue: mei q; nefandum
Sanguinis innocui pcũ: et simlata clientũ
Oscula et i sultq; i: et seue urgia turbe
Verbera pterea et pmptas ad ctia linguas
Fige aio et testes: et ceci i fanda pilati
Iudicia: igẽteq; humeros et fessa pmẽte
Terga cruce: atq; genas hõrenda ad funera gssq;
Hinc me: nũc uero desit ẽ extima seaiũ
Supplicia et dulci pcul agenitce lenatũ
Vernce adusq; pedes me lustra: ecce aspice cneo
Sãgue cõctos q sãgnolẽta subipsis
Colla comis: spinisq; caput cõchly austũ.
Vndiq; dua pluẽs uiuũ sup ora ũ corem
Compsos speculare octos: et luce careteo
Affluctasq; genas: et arẽte suspicẽ ligna
Felle uenenata: ac palletes fune uultus
Cerne manus clauis fixas: tratosq; lacertos
Atq; inges lateri uulng: cerne inde fluẽtũ
Sanguineo fossosq; pedes artusq; ẽneros
Iflexte genu ligniq; crucis uenerabile adora
flebilis inocuo traq; cruore madẽtem
Et me nouiq; deuotũ cõde meosq;
fer mortis: sectare mee uestigia uite
Spaq; supplicia ispicies mõteq; seueram
Corporis: et uarios memoratq; atq; labores
Discipuli. aduisa. q ppriẽ i uigilare saluti
Hec monumẽta tibi signa i mẽte unabit
Volũtẽ: siqua fides aio tibi forte meoze
Debita: si pietas q gra digna labozẽ
Surget ersut uere stimuli uirtutis: eruq;
Hostis mi sidias clypei: qby acer i omni
Tuta eris: uictorq; feres i tamie palmã
Hec monumẽta tuos si labtis orbis amatq;
Iutant sensq; fugiẽte decoris ab umbra
Mundani: iq; struet ne spe captaty i ami
Mobtis occiduis fortune fidẽ rebus
Auseris et uitq; sperare fugacibq; annis.
Et te nimizo sic ista caduca uidẽtem
Secula: et eyterũ ptiq; meliois amore
Orbis opes: regnoq; usq; q uota poze
Movibq; elicier sacis uiteq; beatq;
Speq; graues inice penas: q rore fouebũ
Celesti: pattiq; boni dulcedine pascer
purpurea donãdaq; expectata reluxit
Corpore sublimes celi reuocabit ad auras
Gratia ubi curas oẽzq; exuta labore
Angelicos ubi leta choros atiesq; beatas
Sanctoz associas et ne pacis amena
perpetuo felix mecũ regbis i aula

finis de pna. q uita q mõtẽ. x
xii augti usq; cypriani
1495. | nd. 13.
padue i sta Riue
Idomo rõ egestosa Bẽdi
dñi fbuteri Mathei ca strictis
uiri q doctissimi et religiosissimi

Tabula p̄
charitatiuo: a
decisiua.

In prima qōn
patriarche seu
diocesib⁹ suis
ritatiuū subsid
dubiū qꝛ qñcu

In scda qōne
ꝯrium allata q
cesiz etiā ab ecc
exigere charita
ca ut ex ibi dict
quo ad ecclesia
idē in primate
patriarcha. I
ne aliud sit qu

In tertia qōe
ecclesiis seu ca
is in quib⁹ de
ctio possūt exi
qꝛ in illis habe
iura episcopal

In quarta q
tes inferiore
decani archip
nō possūt exi
ab ecclesiis p̄
iectis nisi ex p
hoc sibi ꝯpeta

In quinta qō
priores nō pos
subsidiū ab ecc
gularibus mo
iure subiectis
Ibi tñ ꝙ gen
exigere a tota
expēsas i ꝓmo
nō pōt soluere
sbi quid si eccl